



Sala  
Gab. R  
Est. 38  
Tab.  
N.º 10

R  
38  
10









**E**xcellentissimi viri artium ac sacre theologie professoris eximij magistri Nicolai de orbellis de francia ordinis minorum sive doctrinam doctoris subtilis Scoti: logice brevis: sed admodum utilis super textu magistri Petri hispani expositio incipit.

Noniam teste sapiente proverbiorum 22°. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Utile est uolentibus studere doctrinam doctoris subtilis Scoti: que inter ceteras maxime extat roboris et ueritatis in eius principijs a iuuentute introduci. Ipsa enim ha-

bita alie faciliter haberi possunt: sed non e contra. Igitur iuxta ipsius mentem aliqua logicalia pro iuuenibus super summulas Petri hispani christo duce breuiter enodabo. et quia multe materie que tractantur in logica per amplius reperiuntur in philosophia: remitto aliquando ad quoddam compendium: quod super philosophia eiusdem doctoris dictis compilauit: sepeque noto ea que hic dicuntur: in quibus locis ab eodem doctore habentur: ut ea ibidem diffusius ualeas intueri. **I**ntitulatur autem iste liber: liber summularum Petri hispani: quia in hoc libro sub breui compendio determinat ea que in logica habentur diffuse. **S**ubiectum uero seu materia circa quam uisus hec consideratio est syllogismus. **E**t sciendum quod subiectum alicuius scientie potest dici obiectum seu genus scibile. Genus nempe sepe pro materia sumitur. Unde in diffinitione quiddam genus ponitur ut materia differetia ut forma. Obiectum est illud circa quod fertur potentia: ut potentia uisiva tendit in lucem uel colorem. Unde dicitur obiectum ab ob quod est contra et iactum quasi contra iactum. Subiectum igitur de quo in aliqua scientia principaliter tractatur dicitur obiectum uel genus scibile: quia est materia circa quam tendit consideratio ipsius scientie. Dicitur etiam subiectum ratione proprietatum que sibi insunt per se. uel subiectum dicitur quasi subiectum iactum. **I**tem sciendum quod primum subiectum alicuius scientie sive Scoti in prologo primi sententiarum dicitur illud quod continet primo virtualiter omnes ueritates illius scientie cuius est subiectum. Dicitur autem aliquid primo inesse alicui quod inest ei in quantum tale: siue per propriam rationem et non per aliud: sed alijs per ipsum. ut proprietates hominis: scilicet risibilitas seu flexibilitas et huiusmodi insunt homini in quantum homo. quia enim homo est animal rationale: ideo est risibilis: et sic risibilitas primo inest homini: inferioribus autem ab homine: sed per se inest risibilitas non tamen primo. Sorus enim in quantum sorus non est risibilis: sed in quantum homo. **I**tem continere virtualiter potest capi dupliciter. scilicet virtualiter actualiter: et virtualiter potentialiter. virtualiter actualiter continet subiectum proprias passiones que ab ipso oriuntur. virtualiter potentialiter superius continet passiones inferiorum que ipsis insunt: non per rationem ipsius superioris: sed per proprias rationes ipsorum. **P**rimum igitur subiectum alicuius scientie continet virtualiter actualiter: uel virtualiter potentialiter omnes proprietates que principaliter tractantur in illa scientia cui est adequatum. Ueritates uero ibi minus principaliter considerate ad ipsum reducuntur: et habent attributionem: sicut philosophus reducit 4<sup>o</sup> Metaphysice. ad sub-

iectum eius quod est ens in quantum ens: generationem que est via ad esse: et corruptionem que est via ad non esse: et negationes et priuationes quia priuant ipsum esse. et sic de alijs: siue sint partes subiective: siue partes integrales: uel quouis alio modo. **E**x quo patet quod syllogismus in communi sumptus est primum subiectum: siue adequatum totius logice. probatur quia continet virtualiter actualiter passiones proprias que sibi primo insunt: ut uerum a falso discernere. a magis noto ad minus notum euidenter concludendo procedere et huiusmodi. Continet etiam virtualiter actualiter proprietates que insunt suis partibus subiectiuis: scilicet syllogismo dialectico sophistico et demonstratiuo per rationem syllogismi. Virtualiter uero potentialiter continet passiones que ipsis insunt per proprias eorum rationes. **I**dem probatur sic. illud est subiectum in aliqua scientia cuius partes et proprietates considerantur in ipsa. Unde primo posteriorum dicitur. Una scientia est unius generis quecumque ex primis componitur: et partes aut passiones habentur per se. sed syllogismus est huiusmodi in scientia logice. ergo est eius subiectum. probatur minor. de ipso enim syllogismo in communi tractatur in libro priorum. De eius autem partibus subiectiuis tractatur in alijs libris nove logice. scilicet de syllogismo dialectico in libris topicorum. de syllogismo demonstratiuo in libro posteriorum. de elenco in libro elenco. De eius uero partibus integralibus syllogismi que etiam potest dici eius principia intrinseca. scilicet propositionibus et terminis tractatur in ueteri logica in libro per hermeneias uel in predicamentorum. **D**icitur autem istis libris logica uetus: non quia primo fuerit inuenta: sed quia ea que ibi tractantur sunt materia remota logice. **N**on enim ita principaliter intenduntur a logico sicut syllogismus de quo tractatur in logica noua. **A**d syllogismum etiam potest reduci alie species argumentationis: ut inductio. enthimema. et exemplum. sicut imperfectum reducit ad perfectum. 1<sup>o</sup> priorum. **N**on enim ita principaliter intenduntur a logico: sicut ipse syllogismus. **C**ontra predicta arguitur dupliciter. primo sic. Syllogismus nullas habet passiones. ergo non est subiectum logice. consequentia est nota: et antecedens probatur: quia si syllogismus haberet passiones cum sit ens rationis: tunc ille passiones erunt nihil: quod uideatur falsum probatio consequentie. quia omne ens minus ente rationis est omnino non ens: sed passio fundata in ente rationis est minus ente rationis: cum passio sit minoris entitatis quam subiectum. ergo talis passio erit nihil. **I**tem secunda intentio in communi sumpta est subiectum logice. ergo syllogismus non erit ibi subiectum. consequentia est nota. probatur antecedens quia logica est de secundis intentionibus adiunctis primis sive Aristotele. **P**ro responsione ad ista argumenta notandum quod intentio uel conceptus potest capi tripliciter. uno modo pro specie obiecti que est ratio concipiendi: et dicitur intentio quia per ipsam sensus uel intellectus tendit in obiectum sive Scoti. xiiij. di. 2. sent. Secundo modo intentio sumitur pro actu concipiendi uel intelligendi. Alio modo pro obiecto concepto uel perceptibili. res enim concepta uel intellecta dicitur intentio in quantum in ipsam tendit intellectus ipsam considerando. **I**tem notandum quod duplex est actus intellectus. quia quidam est actus rectus: quidam est actus collatiuus. Actus rectus dicitur quo intellectus fertur super aliquam rem: ut quando intellectus intelligit rosam. Actus uero collatiuus appellatur quo intellectus rem intellectam comparat ad seipsam uel ad aliam. **I**tem

Pro.



notandū q̄ duplex est intētio. scilicet prima et secun-  
da. Prima est prima rei cōsideratio: accipiēdo con-  
siderationem pro obiecto concepto. Unde prima  
intētio est ipsa res primo intellecta et cōsiderata: cu-  
ius cōsideratio immediate causat a re uel a specie rei  
partialiter. Res enim dicitur intētio: ut cognita uel  
ut cognoscibilis. Unde termini prime intentionis  
dicuntur qui significant huiusmodi res cōceptas uel cō-  
ceptibiles. ut homo equus uisio intellectio nigre-  
do albedo. Secūda intētio est quedā relatio seu cō-  
paratio intellectus qua una prima intētio cōpara-  
tur ad aliā: uel unū primo intellectū ad aliud p̄mo  
intellectū per actū intellectus. exemplū: Intellectus  
intelligēs hominē et animal cōparat unū ad aliud  
s̄m rationē predicabilis et subicibilis: que cōpara-  
tio ex parte animalis dicitur genus: et ex parte homi-  
nis species. Et sic s̄m diuersas cōparationes for-  
mat intellectus diuersas secūdas intētionē: puta  
generis speciei ac individui et huiusmodi: ita q̄ ois  
secūda intētio est formaliter relatio rationis: sicut  
propositio et enūciatio cōpositio et diuisio: in quibus  
uerū et falsum sunt in mēte et nō in rebus s̄m Arist.  
6<sup>o</sup> metaphysice. Sunt enim secūde intētionē que  
cōsistunt in quadā cōparatione duorū conceptorū: si-  
ue illa duo sunt idē s̄m rem: siue diuersa. Ut si enī  
quādoq̄ intellectus uno ut duobus compositionē  
formans: sicut cū dicitur homo est homo. Ex quo pa-  
ter q̄ talis cōpositio est solū in intellectu et non in re-  
bus. Syllogismus est etiā secūda intētio. Est enim  
habitus seu cōpositio premissarū ad conclusionē.  
C̄ His premissis r̄deō ad rationes. C̄ Ad primā  
cū dicitur q̄ si syllogismus haberet passiones tūc eēt  
nihil: quia esset minus ens q̄ ens rationis. R̄-  
deō q̄ sicut est dare gradū in entibus realib⁹ sic est  
dare in entibus rationis: et ideo nō oportet q̄ quic-  
quid est minus ente rationis sit nō ens et nihil: q̄  
illa res rationis que subicitur alteri rei rationis sit  
magis res aliquo modo. tamē non sequit̄ ex hoc q̄  
res fundata sit nihil. Nō repugnat igit̄ syllogismū  
l̄ sit ens rationis habere passiones. sicut Arist. 5<sup>o</sup>  
metaphysice distinguit unitates reales s̄m funda-  
mēta realia: et unitates intētionales s̄m funda-  
mēta intētionalia: ut ibi declarat Scot⁹. C̄ Ad secun-  
dam quādo arguebat q̄ logica est de secūdis inten-  
tionibus: dico q̄ sicut theologia est de rebus et de si-  
gnis. de rebus ut de deo et creaturis. de signis uero  
de sacramētis que sunt signa gratie: siue de his que  
cōmuniter tractant̄ in theologia nō tanq̄ de primo  
subiecto. Primū enim subiectū eius est aliqua res  
scilicet deus: ad quē alie res et signa reducunt̄: sic lo-  
gica est de secūdis intētionibus nō tanq̄ de primo  
subiecto: sed tanq̄ de his que cōmuniter tractant̄  
ibidē. Quedā uero secūda intētio scilicet syllogismus  
est ibi subiectū primū: ad quē alie intētionē p̄nt re-  
duci: ut patet ex predictis. C̄ Dicitur autē logica esse  
de secūdis intētionibus adiunctis primis: quia lo-  
gica applicat secūdas intētionē ad primas quas  
cōsiderat nō s̄m se: sed inquantū sunt fundamenta  
secundarū intētionū. C̄ Motificat̄ etiā relatiōes  
rationis per ipsarū fundamēta propter earū modi-  
cam entitatē. sicut etiā 5<sup>o</sup> metaphysice distingunt̄  
modi relationū realiū s̄m uarietatē fundamentorū:  
ut uidebit̄. c. de ad aliqd. C̄ fundamētū etiā rela-  
tionis rōnis dicitur s̄m Sco. viij. q. quolibetorū: nō  
q̄ ex natura rei inde oriat̄: quia tunc esset realis: sed  
quia est proxima ratio qua intellectus cōparat unū

ad aliud: s̄m etiam eundem in. vij. q. Cum intelle-  
ctus possit unā relationē rationis ad aliā cōparare  
una potest esse fundamētū alterius sicut intentio  
speciei fundat in intētionē generis: dicendo genus  
est species. Cū enim uniuersale sit cōmune ad illa  
quinque predicabilia illa se habēt ut species respec-  
tu uniuersalis. Sic itaq̄ patet q̄ syllogismus est  
subiectū logice. C̄ De alijs requisitis ad rationem  
subiecti uide primo physicoz. et primo metaphysi-  
ce. Quomodo etiā scientie habēt unitatem speciei  
generis primi uel remoti: uide 6<sup>o</sup> metaphysice.  
C̄ Diuidit̄ autē liber iste in septē partes. C̄ In pri-  
ma determinat de enūciatione et de eius partibus  
et proprietatibus: et correspondet duobus libris per-  
yermenias Ari. et dicitur per yermenias a per y quod  
est de et armenis qd̄ est interpretatio quasi de inter-  
pretatione. Sunt autē idē ex parte rei interpreta-  
tio enūciatio et propositio: l̄ ratione differant. In-  
terpretatio enim dicitur oratio prout in ea aliquid ex-  
primi esse uerū uel falsum. Enūciatio uero dicitur ora-  
tio enūcians aliquid de aliquo. propositio autē stri-  
ctesumit̄ prout ponitur in premissis ad inferendū  
conclusionē. Unde dicitur quasi in inferēdo pro alio  
positio. l̄ autē termini sint priores propositionib⁹  
et sic libri predicabiliū et predicamentorū precedant  
librū per yermenias. Auctor tamē primo determi-  
nat de propositionibus: quia in his sunt minores dif-  
ficultates q̄ in predicabiliū et predicamētis. C̄ In  
secūda parte tractat de predicabiliū que correspo-  
det predicabiliū Porphyrij. C̄ In tertia de. r. pre-  
dicamētis que correspondet libro predicamentorū  
Ari. C̄ In quarta de syllogismo simplici seu cōmu-  
ni que correspondet libris priorū Ari. C̄ In quinta  
de syllogismo dialectico qui procedit ex probabili-  
bus que correspondet libris topicoz Ari. et Boetij.  
C̄ In sexta de syllogismo sophistico seu apparenti  
que correspondet libris elencorū Ari. C̄ In septima  
de supponibus que sunt extracte a uarijs libris logi-  
ce. C̄ De syllogismo autē demonstratiuo de quo tra-  
ctat Ari. in libro posteriorū nō fecit autē particulare  
tractatū in suis summulis. de ipso tamen multa in-  
ferunt̄ in uarijs locis huius libri.

Valectica est ars artium sciē-  
tia sciētiarum ad omniū me-  
thodorum principia uia ha-  
bens. Sola enim dyalectica  
probabiliter disputat de p̄n-  
cipijs omnium aliarum sciē-  
tiarum. Et ideo in acquisitio-  
ne omnium aliarum scientiarum dyalectica  
dicitur esse prior. Dicitur enim dyalectica a  
dya qd̄ est duo et logos qd̄ est sermo: uel le-  
xis qd̄ est ratio. quasi duorū sermo uel ratio  
scilicet opponētis et respondentis in dispu-  
tando. Sed quia disputatio non potest ha-  
beri nisi mediāte sermone: nec sermo nisi me-  
diante uoce: nec uox nisi mediāte sono. Ideo  
a sono tanq̄ a communiori inchoandū est  
Sonus est quicquid ab auditu proprie et  
per se percipitur. Dico autem proprie et per  
se: q̄ l̄ homo uel campana audiatur: hoc nō  
est pprie nec per se sed per sonū suū. Sonorū  
alius



alius uox: alius nō uox. Sonus uox est idē q̄ ipsa uox. Unde uox est sonus ab ore animalis prolatus: naturalibus instrumētis formatus. Naturalia instrumēta q̄bus uox formā sunt nouē. scilicet guttur lingua palatuz quatuor dentes ⁊ duo labia simul. unde uersus: Instrumenta nouem sunt: guttur lingua palatum. Quatuor ⁊ dētes ⁊ duo labia simul. Sonus non uox est qui generatur ex collisione duorum corporum inanimatorū ut fragor arborum strepitus pedum. Vocū alia significatiua: Alia nō significatiua. Uox significatiua est illa que auditui nostro aliqd̄ representat: ut homo hominem. Uox nō significatiua est illa que auditui nostro nihil representat: ut bus bas. Vocū significatiuarū alia significat naturaliter: alia ad placitum: Uox significatiua naturaliter est illa que ap̄d omnes idem representat: ut gemitus infirmorum: dolorē: latratus canum: irā uel gaudiū. Uox significatiua ad placitum est illa que ad uoluntatem primi instituentis aliquid significat: ut hō hominem: equus equum. Vocū significatiuarum ad placitum: alia incompleta: alia complexa. Completa ut oratio. Incompleta ut nomen uel uerbum.

Je aut. premitit diffinitionem dialectice: in qua reddit auditores beniuolos ⁊ attētos: ostendēdo huius sciētie dignitatē ⁊ utilitatē di. q̄ dialectica est ars artiū ⁊ scientia sciārū ad oīum methodorū principia uiam habens. Ad cuius euidentia sciendū q̄ dialectica potest sumi dupliciter. vno modo pro parte logice que procedit ex probabilibus ⁊ sic non sumitur hic. alio modo pro ut idē est q̄ logica: ⁊ sic sumitur in proposito. Alterius est sciendū q̄ ars ⁊ scientia dupliciter possunt capi. vno modo stricte. ⁊ sic nō sumit in proposito. Sunt enim habitus ex opposito distincti: ut patet 6<sup>o</sup> ethicoꝝ: ubi ponūtur habitus intellectuales. s. sapiētia scientia intellectus prudētia ⁊ ars: qui sic distinguuntur. Intellectus enim sapiētia ⁊ scientia sunt habitus speculatiui qui scilicet ordinātur ad scire ⁊ non ad operari. Differūt tamē in hoc q̄ intellectus est habitus priorum principioꝝ demōstrationis. Scientia uo est habitus cōclusionis ex causis inferioribus. Sapiētia autē cōsiderat causas primas. s. deū ⁊ intelligētias. Uā ibidē dicit esse caput sciētiarū. Prudentia uo et ars sunt habitus practici qui. s. ordinant ad opari: ⁊ differūt. Nam prudētia dirigit in actionibus que non transeūt in exteriorē materiā: sed sunt pfectiones agētis. Unde dicit ibi q̄ prudētia est recta ratio rerū a nobis agibiliū. Ars uo dirigit in actionibus que in materiā exteriorē transeūt: sicut edificare secare. Unde dicit ars est recta ratio rerū a nobis factibiliū. Alio modo sumit ars large: ⁊ etiam sciētia uidelicet pro habitu cōclusionis demōstrate: siue ille habitus sit practicus: siue speculatiuus. ⁊ sic vñ sumit pro reliquo. Sed uidef q̄ vñ illoꝝ superfluat: ⁊ q̄ sit ibi nugatio seu inuitis

repetitio eiusdē. Respondeo q̄ non est ibi nugatio. Logica enim nō tm̄ dicit scientia scientiarum sed etiā ars artiū ad maiorē expressiōē. Per hoc enim innuitur q̄ non tantūmodo logica est de numero sciētiarū speculatiuarū: sed etiā de numero artiū liberaliū. Quod nō cōuenit omni sciētie speculatiue: sicut patet de physica ⁊ metaphysica. Itē cū dicitur ars artiū designatur q̄ logica non tm̄ excēdit sciētiā speculatiuā: sed etiā practicas: inquantū dat modū arguēdi utriusq̄. Et nota q̄ l3 gemituus pluralis reflexus super suū nominatiuū singularem designet excellentiā iuxta illud. Additur excellens flos floꝝ uirgo maria. Logica tamē nō simpliciter excellit alias sciētiā. Scientie enim reales ut physica ⁊ metaphysica sunt digniores logica que est de entibus rationis: sed ipsa excellit q̄ inquantū oēs utitur logica in forma arguēdi: ideo sequit. ad omniū methodorū principia uia habēs. Ipsa enim dirigit ad principia omniū aliarū sciētiarū docēdo modū quo ex ipsis principiis conclusiones inferunt: l3 enim principia sciētiarū p̄supponant in qualibet sciētia: nec per eandē sciētiā ualeant probari: si tamē ab aliquo negarentur posset per logicā cōtra ipsa negātes ex datis ⁊ cōcessis ab eis disputari: sicut arguit Ari. 4<sup>o</sup> metaphysice. Est autē method<sup>o</sup> uia breuis ⁊ utilis per quam obliquitates deuitant: ⁊ ad terminū facilius deuenitur: sic per sciētiā tanq̄ per breues semitas obliquitates errorū deuitamus: ⁊ ad notitiā ueritatis deuenimus: quā tamē ueritatis notitiā ex inuentis a nobis cōsequi nō ualemus. Cōtra p̄dicta posset argui q̄ logica nō habet uia ad principia omniū sciētiarū: quia tūc haberet uia ad seipsam: q̄ est falsum. Ad hoc respondetur vno modo: q̄ hec est distributio accōmoda. i. alijs a se accōmodata: ⁊ sic logica habet uia ad principia omniū sciētiarū aliarū a se. Aliter respōdetur q̄ nō est inconueniēs idē seipsam dirigere: sicut homo dirigit uoluntatē snā per intellectū: cum tamen intellectus ⁊ uolūtas sint realiter idē l3 formaliter distinguantur: sic aliquis super his que in logica considerant disputans dirigit per syllogismoꝝ regulas que in ipsa logica cōtinent. Ad euidentia predictoꝝ notandū q̄ duplices sunt artes. Quedā sunt artes mecanice: quedā sunt liberales. Principales artes mecanice ad quas alie possunt reduci sunt septem ⁊ cōtinentur in his uersibus. Lana nemus miles nauigatio rus medicina. His ars fabrilis architheoronica sit. Et dicitur architheoronica ab archos q̄ est princeps ⁊ theorin q̄ est cernere uel speculari: quia cōsideratio artis fabrilis habet quandā excellentiā super alias: inquantū alie indigēt ipsa ad suas operationes exercēdas. l3 autem ars fabrilis quo ad hoc dicit alijs fm̄ quid principari. simpliciter tamē magis famulaf ⁊ subuiuit eo modo quo loquit Ari. p̄mo metaphysice. ⁊ p̄mo ethicoꝝ. de sciētijs famulantibus que dicunt ille quarū fines ordinant in fines sciētiarū superiorū seu architheoronicarū: sicut finis frenefactiue que est facere freno ordinatur in equestre: ⁊ equestris in militarem. Dicunt autē mecanice a mecoꝝ caris quod est adulteroz. Ipse enim dirigit operationes que circa corpus sunt. Corpus autē facit animā mecarū: in q̄tū facit eā anerti a creatore ⁊ p̄uerti ad creaturā. Artes etiā liberales sunt septē. ⁊ continentur in istis uersibus. Ora loquitur: dia uera docet: reb



Verba colorat. Quæ canit: ar numerat: ge pöderat.  
ast tollit astra. Grammatica enim docet congrue  
log. Dialectica docet uerū a falso. Rhetorica do-  
cet uerba colorare & ornare. Musica docet canere  
Arithmetica numerare. Geometria docet terram  
metiri. & Astrologia docet de cursu astroꝝ. Dicuntur autē tres primæ triviales quia sunt tres vie  
in vñū terminū tendētes. s. in sermonē. Ordinantur  
enim ad sermonis cōgruitatē ueritatē & ornatus.  
Aliæ dicuntur quadriuales: quia sunt quatuor vie  
in vñū terminū tendētes. Sunt enim scientie ma-  
thematice que tractant de quātitate. Arithmetica &  
musica considerant quātitatē discretā. Geometria  
& astrologia quātitatē continuā. Et dicuntur libera-  
les: quia filij liberorū & nobilium in istis antiquitus  
introducebantur.

Si querat cum Aristo. 6<sup>o</sup> Metaphysice distin-  
guat scientiā speculatiuā realē in mathematicam:  
physicā: & metaphysicam: & scientie mathematice  
enumerantur inter artes liberales cur etiam inter ip-  
sas non ponuntur physica & metaphysica? Dico  
quod enumeratio artium liberalium est quo ad illas artes  
quibus liberi & nobiles viri antiquitus utebantur  
Insistebant tunc magis mathematice quā physice et  
metaphysice: quia plus mathematica confert ad  
complacentiā & curiositatē vite presentis cui inite-  
bantur antiqui: De futura vita nil certū habentes  
quā physica & metaphysica. Per physica etiā & me-  
taphysica impugnat multitudo deorū quos colebant  
cum in ipsis probe statū esse in vno omnium princi-  
pe: qui est primū mouēs immobile. Et ideo a pau-  
cistunc physica & metaphysica: scilicet a philoso-  
phis qui erant plus ceteris a mundo absoluti vi-  
debantur. nunc uero est econtra. quia enim physica &  
metaphysica plus conferunt ad theologiam quā mathe-  
matica: ideo circa ipsas maxime insistant christiani.

Circa predicta posset dubitari: utrum logica sit  
scientia speculatiua uel practica. Ad cuius eui-  
dentiā sciendū quod sicut Aristo. 2<sup>o</sup> metaphysice dicit  
quod scientia speculatiua est illa cuius finis ordinatur  
ad sciendū. Practica uero ordinatur ad operationem  
quam dirigit. Unde practica dicitur a praxis gre-  
ce quod est operatio latine. Que autem sit illa ope-  
ratio cuius scientia practica est directiua declarat  
Seco. in prologo primi sensū. dicens quod praxis a qua  
scientia dicitur practica est actus alterius poten-  
tie quā intellectus naturaliter posterior intellectio-  
ne natus cōformiter elici rationi recte ad hoc quod sit  
rectus: quod sic potest declarari. Operatio enim a qua  
scientia dicitur practica est actus elicited seu pro-  
ductus a uoluntate que est altera potētia ab intelle-  
ctu: uel actus imperatus ab eadē sicut uoluntas im-  
perat manibus ut operentur uel pedibus ut gradi-  
antur & cetera huiusmodi. & talis operatio natura-  
liter est posterior intellectio. Actum enim uolun-  
tatis precedit intellectus: quia sicut Augustinum ni-  
hil uolūtū nisi precognitum. Talis autem actus est  
natus cōformiter elici intellectio. recte ad hoc  
ut sit rectus. Ad hoc enim quod operatio sit recta oportet  
quod conformetur dictamini recte rationis. Ex-  
plum recta ratio dicit quod elemosyna est danda de  
proprio pauperi propter deum. Siquis det elemo-  
synam de alieno: aut propter inanem gloriā talis  
operatio non erit recta: quia non conformabitur re-  
iterationi. Unde 6<sup>o</sup> ethicoꝝ dicitur quod electio recta  
necessario presupponit rationem rectam. Praxis

ergo a qua scientia dicitur practica est operatio pro-  
ducta uel imperata a uoluntate: & autē intellectui  
imperet uoluntas ut intelligat: tamen ille actus in-  
telligendi non est praxis: cum non sit alterius potē-  
tie ab intellectu: & sic sibi deest prima conditio pra-  
xis. Ut enim dicit Aristo. 3<sup>o</sup> de anima. Intellectus  
sola extensione sit practicus: in quantum uidelicet  
extra se tendit dirigendo actum alterius potētie  
a se. Cum igitur stando precise in actibus intelle-  
ctus non sit extensus intellectus in illis non est pra-  
xis. Nec ualet dicere quod sufficiat ad praxim quod  
vñus a ctus intellectus extendatur dirigendo aliū  
quia tunc principium in speculatiuis esset practi-  
cum cum extendatur ad habitum conclusionū. Sed  
quid absurdius? Ex his patet quod logica non est sci-  
entia practica cum non sit directiua praxis. Est igitur  
speculatiua quia ordinatur ad sciendū. Sed cō-  
tra hoc arguit Auiē. Habitus cuius finis proprius  
non est actus proprius est habitus practicus. logi-  
ca est huiusmodi: ergo minor patet: quia ordinatur  
ad alias scientias. Preterea habitus qui diui-  
ditur in utentem & docentem est practicus: logica  
est huiusmodi: ergo est practica. Item arguitur  
sic. logica docet nos arguere: ergo est practica. an-  
tecedens est notum. probatur consequentia: quia  
argumentatio uocalis est actus a uoluntate impe-  
ratus. Ad primum respondeo quod maior est ue-  
ra: si habeat pro fine perfecto actum alterius gene-  
ris a speculatione: ita quod sit directiua uere praxis: &  
sic minor est falsa. Ad secundum reducitur con-  
tra ipsum: quia assumpta maiore addo minorem sic:  
sed metaphysica diuiditur in utentem & docentem:  
ergo metaphysica est practica. conclusio est eui-  
denter falsa ergo maior: quia minor cōceditur ab ipso.  
Et probatur quia omnes alie scientie utuntur me-  
taphysica specialiter quantum ad principia com-  
munia que dicuntur dignitates: quas omnes alie  
scientie accipiunt a metaphysica sicut philosophus  
4<sup>o</sup> metaphysice. Morandum autem quod logica di-  
citur docens in quantum considerat de secundis in-  
tentionibus instituens modum quomodo per eas  
procedi possit ad cōclusiones in singulis scientiis  
ostendendas. utens uero dicitur in quantum modo  
adiuento utitur ad concludendum aliquid in sin-  
gulis scientiis. Ad tertium dico quod argumen-  
tatio uocalis non est uere praxis: quia ordinatur ad  
sciendū: quia ut dicit philosophus: illa que ordinatur  
ad vñum tanquā ad vñum non reputatur nisi vñū  
Unde logica non docet arguere uocaliter ut ibi si-  
stamus: sed ut sciamus. Argumentatio etiam uo-  
calis ordinatur ad mentalem quod est opus intellectus.  
Et ideo in acquisitione rē. Hic auctor infert ex  
predictis quod in acquisitione omnium aliarum scien-  
tiarū dialectica prius debet acquiri cum omnes  
alie utantur ipsa quantum ad modum arguēdi. Et  
si arguatur quod grammatica prius acquiratur quā logi-  
ca. Respondeo quod duplex est grammatica. Quedā  
enim est usualis & positiua. ut illa que est de ipositi-  
onibus & significationibus terminorū & huiusmodi  
& hec est prior in ordine doctrine ipsa logica. Alia  
est grammatica regulatiua & disputatiua: que per  
ueras rationes docet discernere congruum ab in-  
congruo: & hec est scientia & sequitur logicam: & igitur  
grammatica imperfecte acquiratur ante logi-  
cam: non tamē potest haberi perfecta sine ea. De-  
inde dicit quod dialectica dicitur: id est derivatur a dialo-  
go est



quod est duo et logos quod est sermo: uel lexis quod est ratio quasi duorum sermo uel ratio scilicet opponentis et respondentis in disputatione: uel unius tenentis locum duorum. Idem enim potest per se disputare arguendo et respondendo sibi ipsi. Et notandum quod dya potest scribi per y grecum: et tunc significat idem quod duo: uel per i latinum: et tunc significat idem quod de. unde uersus. Scribe per y grecum dya duo significabit. Scribe per i nostrum de tibi significabit.

¶ Sed quia disputatio etc. Hic auctor ponit ordinem dñorum dicens. Cum disputatio non possit haberi nisi mediante sermone: nec sermo nisi mediante uoce: et omnis uox est sonus: ideo a sono tanquam a comuniori est inchoandum. Hoc autem intelligitur de disputatione uocali que non potest exprimi nisi per uocem. dicitur autem disputatio quasi duorum putatio. ¶ Pro quo notandum quod sicut dicit Ari. primo physicozum. Innata est nobis uia a magis comunibus ad minus comunia procedere. Cum igitur hic sit agendum de enunciatione uel propositione que constituitur ex nomine et uerbo: in quorum diffinitione ponitur uox: et omnis uox est sonus: ideo a sono tanquam a comuniori inchoandum est. Arguitur autem in logica de argumentis propositionibus et terminis uocalibus: quia ipsis intellectis de facili poterit cognosci quid de mentalibus et scriptis proportionabiliter debeat dici.

¶ Inquit autem auctor sonum dicens quod sonus est quicquid ab auditu proprie et per se percipitur. Et dicitur proprie quia licet homo et campana audiantur: tamen hoc non est proprie et per se: sed per sonum suum. ¶ Ad cuius evidentiam sciendum quod duplex est sensibile secundum Arist. 2º de anima. scilicet per accidens et per se. ¶ Est autem sensibile per accidens quod accidit ei quod est sensibile per se: sicut accidit albo esse hominem: ideo homo est sensibile per accidens. Tale autem sensibile apprehenditur per aliquam potentiam cognitiuam: ut per estimatiuam uel intellectiuam. ¶ Sensibile autem per se est illud quod per se mouet sensum ad actum sentiendi causando in eo speciem suam. Et hoc est duplex: quia quoddam est proprium: et quoddam est commune. ¶ Est autem sensibile proprium quod non potest alio sensu sentiri. ut sonus respectu auditus: color uel lux respectu visus: sapor respectu gustus. et sic de alijs. ¶ Sensibile autem commune est illud quod apprehenditur a pluribus sensibus. et sunt quinque: scilicet numerus motus magnitudo figura et quietas. ¶ Dicitur autem sensibile proprium primum sensibile secundum Sco. iij. et iij. di. secundi sen. quia uirtute propria et per propriam rationem mouet sensum. Sensibile autem commune licet per se sit sensibile: non tamen primum: quia non nisi cum alio mouet sensum. ¶ Et si arguas quod commune sensibile sit sensibile per accidens cum accidat sensibili proprio. ¶ Respondeo quod licet sensibile commune accidat sensibili proprio: est tamen sensibile per se cum causet speciem suam in sensu particulari: et ab ipso apprehendatur. Non sic sensibile per accidens. Unde homo et campana dicuntur audiri. non quod apprehendatur ab auditu: sed a uirtute estimatiua uel intellectiua: cum auditus sonum eorum apprehendat. ¶ Notandum insuper quod obiectum et potentia sunt due cause pariales actus sentiendi secundum Augu-

stinum 2º de trinitate dicens. quod ex visibili et uidente gignitur uisio. Species autem obiecti et ipsa uisio sunt effectus ordinati obiecti uisibilis: ita quod prius nata est species generari in medio et organo quam actus uidendi secundum Sco. iij. di. secundi sen. ¶ His premissis sciendum quod in diffinitione soni proprie et per se non ponuntur superflue: quia proprie ponitur ad differentiam sensibilis comunis. Sonus enim non est tale sensibile: et per se ponitur ad differentiam sensibilis per accidens. ¶ Notandum insuper quod illud uerbum percipitur positum in diffinitione soni dicit aptitudinem et non actum: sicut dicunt communiter uerba in diffinitionibus posita. ¶ Sciendum insuper quod sicut sonus cognoscitur per auditum: ita cognoscitur silentium quod est priuatio soni. Priuatio etiam cognoscitur per habitum sicut uisus est cognitio uisus et tenebre: et olfactus odorabilis: et non odorabilis 2º de anima.

¶ Sonorum uox etc. Hic auctor diuidit sonum dicens quod sonorum alius est uox: alius non uox: et est diuisio generis in species. ¶ Ad bonam diuisionem tria requiruntur. Primum quod membra diuisionis non debent coincidere ad inuicem. Secundum est quod membra diuidentia non debent excedere diuisum: nec excedi ab ipso. Tertium est quod debent esse positua. Unde licet due differentie diuisiue alicuius generis sic se habeant quod una includat negationem alterius: utraq; tamen est aliquid posituum: cum ex ipsa et genere constituatur species. ¶ Et si arguas quod sonus non uox non dicit aliquid posituum ¶ Respondeo quod per sonum non uocem circumloquimur aliquam speciem soni posituam: cui non est nomen impositum propter penuriam nominum. ¶ Deinde determinat auctor quod est sonus uox dicens quod sonus uox idem est quod ipsa uox. et est ibi appositio: ut animal homo. Est autem uox sonus ab ore animalis prolatus naturalibus instrumentis formatus et hec diffinitio est quiditatiua: quia indicat rei eentiam per genus et differentiam. Unde sonus ibi ponitur tanquam genus: prolatus ab ore animalis etc. ponitur tanquam differentia. quia per hoc differt a sono non uoce. ¶ Sed contra hanc diffinitionem arguitur quia unius rei est tantum unum esse ergo et una diffinitio: cum diffinitio indicet esse rei: et tamen ponitur alia diffinitio uocis 2º de anima. ubi dicitur quod uox est percussio aeris respirati ad arterias uocalem cum imagine significandi. ¶ Respondeo quod licet unius rei sit tantum una diffinitio quiditatiua que indicat eentiam rei: possunt tamen plures esse descriptiones seu diffinitiones dicentes quid nominis: per quas significetur quid importetur per nomen seu causales que dantur per uarias causas. Et talis est diffinitio Ari. 2º de anima. Uox enim formatiua non est percussio: sed causaliter: quia scilicet est sonus causatus ex percussione aeris respirati: ut enim ibi dicit Ari. Natura utitur respiratioe et ad formationem uocis et ad mitigationem caloris. Uocalis namque arteria que est organum respirationis est ordinata ad pulmonem: ut ei deseruiat per attractionem aeris. Aer autem necesse est ut recipiatur in pulmone: quia in hac parte animalia gressiua plus habent de calore quam in alijs partibus. Pulmo enim coniungitur cordi: in quo est principium caloris naturalis. Oportet ergo quod aer ingrediatur ad pulmonem propter refrigerium caloris



naturalis. Unde pulmo dicitur flabellum cordis. Animalia autem que multum habent sanguinem multum habent de calore naturali: ideo indigent respiratione: non autem illa que habent modicum sanguinis: ut pisces: uel que omnino carent sanguine: ut cācri ostree apes & formice &c. Talia ergo cum non respirent non habent uocem. ¶ Ad formationem itaq; uocis requiritur aeris attractio: & ipsius attracti ad uocalem arteriaz percussio seu reuerberatio. fit autem cum imaginatione significandi: quia anima aerem reuerberans intendit aliquid exprimere seu significare. Ad hoc etiam requiritur lingua aerem impellens & percutiens contra palatum: dicitur autem palatum quasi palatium lingue. Requiritur autem alia instrumenta: que habentur per hos uersus. Instrumenta noue sunt guttur lingua palatum. Et quatuor dentes & duo labia simul. In his uersibus non ponitur pulmo nec uocalis arteria: quia satis possunt intelligi per guttur. Ipsa enim uocalis arteria est quedam uena a summitate gutturis usq; ad pulmonem extensa. ¶ Et notandum quod lingua guttur & palatum requiruntur ad formationem uocis de necessitate: & quantum ad esse ipsius uocis. Labia uero & dentes requiruntur quantum ad bene esse: quia multum faciunt ad debite formandum uocem. Et ideo aues & homines labiis & dentibus carentes incōplete & imperfecte formant uoces.

¶ Alterius auctor diffinit sonum non uocem dicens. Sonus non uox est ille qui generatur ex percussione duorum corporum inanimatorum: ut fragor arborum & strepitus pedum: & similia. ¶ Debet autem hec diffinitio intelligi non solum de corporibus inanimatis: sed etiam de animatis admodum inanimatorum se habentibus: ut sonus causatus ex percussione pedis contra pedem: uel manus contra manum: est sonus non uox: quia non causatur ab ipsis in quantum sunt animata seu naturalia instrumenta que requiruntur ad uocem: sed in quantum sunt corpora firma & solida.

¶ Deum autem alia significatiua &c. Hic auctor diuidit uocem dicens. quocumq; alia significatiua: alia non significatiua. Uox significatiua est illa que auditui nostro aliquid representat: id est que nata est aliquid representare quantum est de se intellectui auditu mediante. Uox enim seipsam representat auditui: cum uox sit sonus qui est obiectum auditus. Intellectui uero representat rem ad quam significanda est imposita. ¶ Sunt autem impositae uoces ad significandam rem secundum ipsarum proprietates. Pro quo sciendum secundum Scotum di. iij. primisen. & xv. q. quolibetorum. quod obiectum cuiuslibet sensus imprimat spem & similitudinem suam in sensu: deinde causatur species in fantasia que est in anteriore parte cerebri. Ipsa autem species in fantasia non representat uniuersale actu sed quidditatem uel naturam singularium: ut sunt esse in hoc tempore uel in hoc loco. Intellectus igitur agens cum specie que est in fantasia sunt due partiales cause ad causandum speciem intelligibilem in intellectu possibili: que representat uniuersale in actu seu naturam ipsam communem ab huiusmodi conditionibus abstra-

ctam. Unde intellectus agens 3<sup>o</sup> de anima dicitur quo est omnia facere: quia uidelicet est productiuus omnium specierum huiusmodi. Et intellectus possibilis est quo est omnia fieri: quia uidelicet est ipsarum receptiuus. Habita itaq; specie intelligibili in intellectu possibili: intellectus cum tali specie sunt due cause partiales ad causandum noticiam actualem illius rei cuius est talis species. & tunc per intellectum possunt imponi uoces ad significandum res conceptas.

¶ Uox non significatiua est illa que auditui nostro nihil representat: ut buf bas. Huiusmodi enim uoces licet seipsas representent auditui cum sonus illarum ab auditu percipiatur: tamen de se nihil nate sunt representare intellectui mediante auditu: licet enim huiusmodi uoces seu quenis alie possint designare derisionem ex modo proferendi: utpote si proferentur cum nutu oculorum uel capitis ac huiusmodi: hoc tamen non esset ex parte sui sed ex parte proferentis. ¶ Deinde dimissa uoce non significatiua de qua non est ad propositum. Auctor diuidit uocem significatiuam in significatiuam naturaliter: & significatiuam ad placitum. Est autem uox significatiua naturaliter que apud omnes idem representat. ut gemitus infirmorum: dolorem: latratus canum: iram uel gaudium: cuius causa est: quia natura est eadem apud omnes que inclinat ad proferendum huiusmodi uoces pro expressione suarum affectionum & passionum. ¶ Et si arguatur quod illa dictio gemitus est imposita ad significandum ad placitum. ergo non significat naturaliter. ¶ Respondeo quod illa dictio bene significat ad placitum: sed in proposito gemitus infirmorum non sumitur pro huiusmodi dictionibus: sed pro planctu quem faciunt infirmi in portatu per huiusmodi dictiones uel uoces &c.

¶ Uox significatiua ad placitum est illa que ad uoluntatem primi instituentis aliquid representat ut homo hominem. ¶ Ad cuius euentiam est sciendum quod est ordo inter rem conceptam & scripturam. Nam primo est res: deinde conceptus rei qui est similitudo eius. Non solum enim species est similitudo obiecti: sed etiam actus concipiendi. Tertio est uox significans rem conceptam: & ultimo scriptura. Illud autem quod proprie significatur per uocem est res secundum Scotus distinctione vigesima septima primi sententiarum. Sunt tamen signa ordinata eiusdem significati: littera uox & conceptus: sicut etiam sunt multi effectus ordinati eiusdem cause: quorum nullus est causa alterius: sicut patet de sole illuminante plures partes medij: et ubi est talis ordo causatorum absq; hoc quod unum sit causa alterius: ibi est immediatio cuiuslibet effectus respectu eiusdem cause excludendo aliud in ratione cause: non tamen excludendo aliud in ratione effectus immediatiore: & tunc posset concedi aliquo modo effectum propinquorem esse causam effectus remotioris non proprie sed propter propinquitatem talis effectus ad talem causam: ita potest concedi de multis signis eiusdem significati ordinatis quod unum aliquo modo est signum alterius: quia dat intelligere ipsam: quia etiam immediatius signum non significaret: nisi prius aliquo modo



modo significaret immediatius. Et tamen ppter hoc vnum nō est proprie signum alterius: sicut patet ex alia parte de causis & causatis. ¶ Quod autem vox sit proprie signum rei & non intellectiois: probatur: quia alioquin quelibet affirmatiua esset falsa in qua predicatur idem de seipso: quia intellectio uel intentio subiecti non est intentio predicati: licet res sit res. ¶ Sed contra hoc arguitur: quia Arist. in primo huius libri dicit: q̄ ea que sunt in uoce sunt earum que sunt in anima passionū note idest signa: & ea que scribuntur eorū que sunt in uoce. ¶ Respondeo q̄ uoces possunt dici signa passionum seu intentionum uel intellectiois anime eo modo quo dictum est. quia uidelicet uoces non significarent res prius significarentur per passionē. Quia enim intellectus intelligit rem per speciem eius: ut dictum est: ideo imponit uocem ad significandum ipsam rem. ¶ Dicuntur autem act⁹ intelligendi & species obiecto: ut passionē anime in quantum recipiuntur in ipsa: recipere enim est pati. ¶ Deinde diuidit auctor uocem significatiuā ad placitum in complexam & in incomplexā. Complexa enim est illa que cōplectitur plures dictiones: & significat intellectum compositum: ut oratio. Incomplexa est illa que non complectitur plures dictiones: & significat intellectum simplicem: ut nomen & uerbum.

**De nomine.**

**N**omen est uox significatiua ad placitum sine tpe cuius nulla pars separata aliqd significat finita & recta. Vox in ista diffinitione ponit loco generis. Significatiua ponitur ad differentiam uocis non significatiue. Ad placitum ponitur ad differentiam uocis significantis naturaliter. Sine tempore ponitur ad differentiam uerbi quod significat cum tempore. Cuius nulla pars separata significat aliquid ponitur ad differentiam orationis: cuius partes separate aliquid significant. Finita ponitur ad differentiam nominis infiniti: quod non est nomē secundum logicum sed nomē infinitum: ut non homo non equus. Recta ponitur ad differentiam nominū obliquorum: ut cationis cationi que non sunt nomina secundum logicum sed nomina obliqua uel casus nominum. vnde solus rectus secundū logicum dicitur esse nomen.

**P**ost aucto: inuestigauit in precedentibus particulas ponendas in diffinitionibus partium enunciationis. hic

cōsequēter determinat de partib⁹ ipsius integralib⁹. s. de nomine & uerbo. Et primo determinat de nomine: quia nomen se habet ut materia: uerbum uero ut forma. materia uero precedit formā: ideo &c. Diffinit autem nomen dicens q̄ nomen est uox significatiua ad placitum sine tempore: cuius nulla pars separata aliquid significat finita & recta.

¶ Ad cuius euidentiā sciendum q̄ dictio terminus & nomen idem sunt secundum rem: sed differunt secundum rationem. Dicitur enim nomen uel uerbum ex ratione significandi uel modi significandi. Unde tam nomē q̄ uerbum componitur ex uoce & significatione & modo significandi. Nomen enim significat per modū habitus & quietis: unde significat sine tempore. uerbum uero significat per modū fluxus uel fieri: & ideo significat cum tempore. dictio uo ex eo q̄ est pars enunciationis. terminus uero ex eo q̄ est pars propositionis. Unde diffinitur ab Arist. in principio priorū dicens. Terminus est in quem resoluitur propositio. aliquando tamē terminus dictio & nomen sumuntur pro omni incomplexo. Determinatur autem hic de nomine & uerbo sub propria ratione & sub ratione qua est dictio seu pars enunciationis. ¶ De alijs autem partibus orationis hic non determinatur: tum quia ex nomine & uerbo constituitur enunciatio: tum quia alie partes orationis per attributionem se habent ad has duas. Unde ad nomen reducitur pronome ad uerbum aduerbium: & prepositio ad utrumq; eo q̄ preponitur utriq; & conunctio similiter & participium ex eo q̄ partem recipit ab utroq;. Item notandum q̄ differentia est inter significare tempus: & significare cum tempore. Significare enim tempus est de proprio significato importare tempus: & sic nomina aliqua bene significant tempus: ut ann⁹ mensis dies &c. Significare uero cum tempore est in principali significato importare tempus: ut curro. Curro in principali significato importat temp⁹ presens: & sic non significat sine tempore. ¶ Alterius est notandum q̄ triplex est negatio: scilicet negatio negans: negatio priuans: & negatio infinitas. Negatio priuans est illa que negat actū & ponit aptitudinē in subiecto: ut cecus est ille qui nō uidet: est tamen aptus nat⁹ uidere. Negatio infinitas est illa que cadit solum supra terminum quem infinitat: ut non homo. vnde ex tali negatione & dictione super quam cadit fit vna dictio tantum que potest sumi pro omni re alia ab homine. potest etiam dici de non ente: ut chimera est non homo. ¶ Est enim chimera ens compositus ex impossibilibus componi. ¶ Negatio negans est illa que qcquid iuenit destruit: & ei⁹ oppositū ducit: & talis cadit supra copulā: ut nō hō currit. si ly nō sumat infinitalr sensus est q̄ aliqua res que nō est homo currit: & est propositio affirmatiua cum copula principalis non negetur. Si uero sumatur negatiue sensus est q̄ nullus homo currit. & sic propositio est negatiua.

¶ Notandum insuper q̄ nomen potest capi dupliciter. vno modo pro ipsa secunda intentione seu relatione signi quam per se significat. alio modo pro re concepta sub secunda intentione primo modo. Utrūq; autē pōt hic diffiniri l3 diuersimode. Si enim diffinitur ipsa secunda intentio pmo modo tūc nō est predicatio formalis dicēdo nomē est uox: s3 est

*Significatio significatio*

*plex neg*



predicatio fundamētalis seu materialis. Ipsa enī secunda intentio non est uox formaliter: sed est habitudo uocis significatiue sine tempore ad rem significatam. ¶ Licet enim intētionēs logicales nō possint diffiniri diffinitione dicente quid rei: cum non sint realia entia: possunt tamen diffiniri diffinitione exprimente vnum conceptum per se in intellectu: siue ille conceptus sit extra conceptus rei: siue rationis s̄m Scotum. ij. di. quarti sen. Illa ergo intentio que dicitur nomen notificatur in proposito per suum fundamētum: sicut fit communiter in relationibus cum dicitur nomen est uox. diffinitur autem huiusmodi intentio in concreto propter suam modicam entitatem. Nomen igitur est uox: id est nomen est quedam secunda intentio radicata in eo quod est uox significatiua ad placitum. Si vō in proposito diffinitur res concepta sub secunda intentione: tunc est predicatio formalis dicendo nomen est uox. Est enim uox de conceptu formali nominum uocalium: sicut superiora sunt de conceptu inferiorum. vnde dicit Scotus di. iij. quarti sen. q̄ relatio rationis in concreto dicitur de re extra quē admodum hec est uera. hec uox homo est nomen & signum creature humane. ita econuerso in diffinitione talis concretipotest poni res extra ut additum tanq̄ fundamentum relationis: ut dicendo nomen est uox. ¶ Quod autem hic dicitur de diffinitione nominis potest dici de ceteris diffinitionibus intētionum logicarum: de quo magis videbitur. c. de proprio & genere. ¶ His premisis patet diffinitio nominis in qua ponitur uox tanq̄ genus ad nomina uocalia & ceteras uoces. Cetera vō ponuntur ut differentie. Et sic diffinitio est bene assignata cum detur per genus & differentiam. Unde significatiua ponitur ad differentiam uocis non significantis ad placitum ad differentiam uocis significantis naturaliter: sine tempore ad differentiam uerbi: q̄d significat cum tempore: cuius nulla pars separata aliquid significat ad differentiam orationis: cuius partes separate aliquid significant. ¶ Et si arguatur q̄ partes nominis compositi aliquid significant separate: ut partes huius nominis equiferus. ¶ Respondeo q̄ partes huius nominis separatim considerate in quantum sunt partes illius dictionis nihil significant. Et causa est quia nulla pars in nomine composito imponitur ad significandum: sed totum nomen compositum vnicō cōceptu significat suam significationem. Unde dicit Aristot. q̄ in hoc nomine equiferus: ferus per se nihil significat: in quantum scilicet est pars illius nominis: in quantum autē est pars huius orationis equus ferus tūc aliquid significat. finita ponitur ad differentiam nominis infiniti: quod non est nomen apud dyalecticum. Logicus enim intendit determinate discernere uerum a falso. Nomen enim infinitum non significat aliquam rem determinatam: ut nō homo: sed posset sumi pro infinitis rebus si essent que non essent homines. Recta ponitur ad differentiam nominum obliquorum: ut catonis catoni catonem: que non sunt nomina apud dyalecticum: sed casus nominum. Descendit enim a nominatiuo. Unde solus nominatiuus siue rectus dicitur nomen esse apud logicum. Oratio autem ex obliquis constituta non est perfecta nisi in quantum reducitur ad orationem constitutam ex nominatiuo & uerbo perso-

nali.

## De uerbo.

u **U**erbū est uox significatiua ad placitum cū tēpore cuius nulla pars separata aliquid significat finita & recta. Cum tēpore ponitur ad differentiam nominis quod significat sine tempore. Finita ponit ad differentiam uerbi infiniti: ut non currit non laborat: que non sunt uerba secundum dyalecticum sed uerba infinita. Recta ponitur ad differentiam uerborum obliquorum: ut currebam cucurri cucurrit cucurrebat: que nō sunt uerba secundum dyalecticum: s̄ uerba obliqua. vnde solum uerbū presentis temporis indicatiui modi secundum dyalecticum dicitur eē uerbum. Reliqua vō uerba eiusdem modi & aliorum modorum dicuntur uerba obliqua. Alię vō particule ponuntur hic eadem ratione qua ponebatur in diffinitione nominis. Et sciendum est q̄ dyalecticus ponit tantum duas partes orationis scilicet nomen & uerbū. Alias autē appellat sine theogreumaticas: id est cum alijs significatiuas.

d **E**clarato quid sit nomen: ostendit autē quid sit uerbum dicens q̄ uerbum est uox significatiua ad placitum cum tempore: cuius nulla pars separata aliquid significat finita & recta. ¶ Iste quo sciendum q̄ uerbum quadrupliciter sumi potest: iuxta illos uersus: Hoc nomen uerbum designat quatuor ista. Est enī deceptio pars filius atq̄ loquela. ¶ Uno modo idē est q̄ deceptio: ut ibi. Verba dat omnis amās. Secūdo modo est pars orationis que significat per modum fluxus & ficti. Tertio modo sumitur pro filio dei: ut in principio erat uerbum. Quarto modo idē est q̄ loquela. Et hoc modo sumitur dupliciter. vno modo pro uerbo prolatō. alio modo pro uerbo interiori. Est autem uerbū interior actualis cognitio perfecta seu diffinitiva alicuius rei: ut cognitio diffinitiva intemperantie est eius uerbum s̄m Augusti. Et hac acceptance uerbi sepe utatur theologi. ¶ Uerbum etiam ut est pars orationis potest sumi dupliciter. vno modo ut est pars orationis congrue: & sic consideratur a grammatico. alio modo ut est pars enunciationis determinate uere: & sic sumit in proposito. ¶ Notandum insuper q̄ ea que dicuntur de uerbo possunt intelligi per ea que dicta sunt de nomine. nec est necesse illa resumere. ¶ His premisis satis patet diffinitio uerbi. Est enim uerbū uox incompleta significatiua ad placitum primi instituti cum tempore: id est ultra principale significatum consignificans tempus: & ponitur ad differentiam nominis. ¶ Et si arguas q̄ participium non est uerbum & tamen consignificat tempus ut amās ultra amorem quem significat consignificat tempus presens. Respondeo dupliciter. primo q̄ uerbum significat cum tempore determinato: non autē participium. s̄ enī amās cōsignificet tps p̄ns: nō tū ita determinate quin possit trahi ad preteritum uel futurum dicendo. Ego fui amās uel ero amās.



**Aliter etiam est respondendum** q̄ in diffinitione uerbi ponitur ab Ari. quedam clausula que non conuenit participio: uidelicet q̄ est semper eorū que de altero predicantur nota. uerbum enim est signū vnionis predicati cum subiecto. hoc autem maxime conuenit uerbis substantiuis: scilicet sum fio et existo: et maxime huic uerbo sum. uerbis autē adiectiuis conuenit in quantum includunt uerba substantiua ut curro. i. suz currez. Se tenēt autē vba a parte predicati magis q̄ subiecti: cū res iporata per v̄bz ponatur in predicato: ut cursus importat per hoc uerbum curro in illa oratione: ego sum currez. Participia igitur lz cum uerbis in aliquibus conueniant: multum tamen ab ipsis differunt: et ideo nō sunt uerba apud logicum: sed magis possunt ad nomina reduci. **Ne aliquis autē crederet** per hoc q̄ dictum est q̄ uerbum est nota eorum que de altero dicuntur q̄ uerbum per se sumptūz faceret cōpositionē. Ad hoc remouendum dicit Arist. q̄ uerba per se sumpta sunt nomina: idest nominibus similia: quia sicut nomen per se sumptum est quid in complexum: sic et uerbum: et ideo dicit q̄ uerbum per se sumptum constituit intellectum simplicem. Unde hoc uerbum est per se sumptū nō significat per se esse uel non esse seu compositionem affirmatiuā aut negatiuā. Compositio quippe non potest esse nec intelligi sine extremis: ideo subdit q̄ esse significat quādam compositionem quam sine extremis non est intelligere. **Finite** ponitur ad differentiam uerbi infiniti: ut non currit: q̄ non est uerbum apud dyalecticum: sed uerbum infinitum cum nō importet rem finitam et determinatam: ut dicebatur de nomine infinito. **Recta** ponitur ad differentiam uerborum obliquorum: ut currebat curret que non appellat dyalecticus uerbū: sed uerba obliqua. Solum enim uerbūz presentis temporis indicatiui modi dicitur esse uerbum. Reliqua autē eiusdem modi et aliorum modorum dicuntur esse uerba obliqua. q̄ ex hoc patet: q̄ oratio ex eis cōposita non est determinate uera nisi reducendo ad uerbum presentis temporis indicatiui modi. Ut illa ego amabo non est determinate uera: nisi sit aliquando uerum dicere: ego amo. Et sciendū q̄ dyalecticus tñ ponit duas partes orationis: scilicet nomen et uerbum. alias autem appellat sine categoricas: idest cum alijs significatiuis: et dicitur a sin q̄ est con et categorizo zas: quod idem est q̄ predico sas uel significo cas.

**De oratione.**

**Ratio est uox significatiua ad placitum cuius partes separate aliquid significāt.** Cuius partes separate aliquid significant. hoc totum ponitur ad differentiam nominis et uerbi quorū partes separate nihil significāt. Alio v̄o particule ponitur hic eadē rōne qua in diffinitione nominis et uerbi ponebant. **Orationum alia perfecta alia imperfecta.** Perfecta est illa que perfectū sensum generat in aīo auditoris: ut hō currit. Imperfecta est illa que imperfectū sensum generat in aīo auditoris: ut homo albus. **Orationum perfectarum: alia indicatiua: ut homo currit. alia imperatiua: ut petre fac ignē. alia**

**optatiua. ut utinā essem bonus clericus. alia iunctiua. ut si ueneris ad me dabo tibi equū alia deprecatiua. ut miserere mei deus.** Harum autem orationum sola indicatiua dicitur esse propositio.

**Precedentibus determinauit auctor de nomine et uo que sunt partes integrantes enūciationis: hic cōsequēter determinat de oratione que se habet: ut genus ad ipsas.** Diffinit autē ipsam sic. **Oratio est uox significatiua ad placitū cuius partes separate aliquid significant.** Quod ponit ad differentiam nominis et uerbi: quorum partes separate nihil significant. **Contra hanc diffinitionem et arguitur tripliciter. primo sic.** Solius incomplexi est diffinitio fm Boetium. oratio est quid complexum. ergo non debet diffiniri. **Itē oratio est plures uoces ergo non vna uox.** Item partes orationis sunt littere et syllabe. et littere et syllabe nihil significant separate. ergo partes orationis nihil significant. **Pro responsione notandum q̄ oratio potest capi tripliciter. vno modo prout ordinatur ad sermonis congruitatem. et sic consideratur a grammatico. alio modo in quantum ordinatur ad finem orationis: et sic considerat a rhetorico. tertio modo ad discernendum uerum a falso. et sic consideratur a logico.** **Item notandum fm Sco. ij. di. primi sen. q̄ multi sunt gradus unitatis.** In primo est minima unitas que est unitas aggregationis: ut in acervo lapidum. In secundo gradu est unitas ordinis que addit aliqd ultra aggregationē: sicut exercitus ordinatur ad bonum communitatis uel principis. In tertio est unitas per accidens: ubi ultra ordinem est informatio lz accidentalis vnus ab altero eorum que sic sunt vnum. In quarto est persone unitas compositi ex principijs essentialibus persone actu et persone potentia. In quinto est unitas simplex que est uera identitas: ut in diuinis. Quilibet enim entitas formaliter infinita est pfecte idēz cui libet sibi compossibili ut dicitur primo capo predicamentorum. In sexto est identitas formalis. **Uloco autem identitatem formalem: ubi illud quod dicitur sic idem includit illud cui est idem in sua ratione formali persone et primo modo. et est primus modus dicendi per se: quando diffinitio uel pars diffinitionis predicat de diffinito: ut homo est animal rationale.** **Item notandum q̄ duplices sunt partes orationis. quedam sunt propinque ut nomen et uerbum. et quedam remote ut littere et syllabe.** His premissis respondeo ad argumenta. **Ad primum** quando dicitur q̄ solius incomplexi est diffinitio. dico q̄ licet complexus non possit diffiniri diffinitione proprie sumpta: potest tamen diffiniri diffinitione large sumpta: seu quid nominis per quam notificatur et exprimit distincte illud q̄ per ipsum importatur cōfuse. **Alterius dico q̄ oratio sumpta pro secunda intentione quam iporata est quid incomplexi. Talis enim intentio est relatio signi ad significatum dicens conceptūz persone vnum.** **Et si arguatur q̄ relatio non est persone vna nisi habeat vnum fundamentum: sed illa relatio habet multas uoces pro fundamento. ergo non est vna.** **Ad hoc respondet Sco. ij. di. 4. sen. q̄ quicquid sit de relationibus realib. tñ in relationibus rationis. ppositio maior est manifeste falsa: cum multas possint concurrere in fundamento.**



vnus relationis que concipiuntur in intellectu quasi vnū in ordine ad aliqd significatū. Multe enim orationes cōtēte uel vna oratio ex multis syllabis que nihil vnū per se faciūt sunt fundamentū huius relationis significare deo in esse aliq̄ que sibi intrinsece insunt: cū tamē illud significatū sit vnum et idem simplicissimū. sicut illius relationis que est significare bonum vnum est fundamentum: circulus pendēs ante tabernā coopertus folijs edere: uel paleis in modū crucis. Ad secundum quādo dicebatur oratio est plures uoces: dico q̄ est plures uoces incomplere que habēt vnitatē ordinis: et sunt vna uox cōplexa. Ad tertium quādo dicebatur q̄ littere et syllabe sunt partes orationis: dico q̄ sunt partes orationis remote. Diffinitio autē orationis intelligit de partibus propinquis.

Consequenter auctor diuidit orationē dicens: q̄ orationū alia perfecta: alia imperfecta. Oratio perfecta est illa que perfectū sensum generat in animo auditoris: ut homo currit. Est autē perfectus sensus perfecta sentētia: ita q̄ intellectus audiētis cōtentat et quiescit. Imperfecta autē est illa que imperfectum sensum generat in animo auditoris: ut homo albus. Ibi est imperfecta sentētia nec intellectus audiētis quiescit. Deinde diuidit auctor orationē perfectā in indicatiuā: ut homo currit. Imperatiuā: ut petre fac ignē. Optatiuā: ut utinam essem bonus clericus. Cōiunctiuā ut si ueneris ad me da bo tibi equā. Cuius diuisionis sufficiētia sic habetur. Nam omnis oratio perfecta habet suppositū et appositū. i. nomē et uerbū. uel igitur uerbū ordinatur ad significandū mētis cōceptū uel mētis affectū. Si primū sic est indicatiua. Si secundum hoc est tripliciter: quia uel denotat affectū sub habitu dīne ioperandi. et sic est imperatiua: sub qua cōtinetur deprecatiua: ut miserere mei deus. uel denotat affectū sub habitu optandi: et sic est optatiua. uel sub habitu sub iugēdi uel pūgēdi: et sic est cōiunctiua: ut si ueneris ad iesum saluabit te. Inter has autē sola indicatiua dicitur propositio esse: quia sola indicatiua de se est assertiua determinate ueritatis uel falsitatis. Infinitiua autē non enumerat inter orationes perfectas: quia nō importat rem certā et determinatā. Unde ponit sine numeris et personis.

#### De propositione.

Propositio est oratio uerum uel falsum significans indicādo ut homo currit. Propositionum autem alia categorica alia ypothetica. Categorica est illa que habet subiectum et predicatum et copula: tanq̄ principales partes sui ut homo currit. In hac enim propositione homo est subiectum: currit uero predicatū. et quod coniungit vnum cum altero est copula: ut patet resoluendo homo currit: id est homo est currens. homo est subiectum: currens predicatum: et illud uerbum est copulat vnum cum altero. Et dicitur categorica a categorizo: quod idem est sicut predico cas: unde categorica id est predicatiua. Subiectū est illud de quo aliud dicitur. s. predicatū. Predicatum est qd̄ dicitur de alio. s. de subiecto. Et auctor diffinit propositionē seu enuncia-

tionem dicens: q̄ propositio est oratio uerum uel falsum significans indicādo. Ad cuius euidētiam notandum q̄ aliter hic diffinitur: et aliter in libro prior. Ibi enim diffinitur s̄m propriam rationē propositionis inquantū. s. ponit in premis ad inferendū cōclusionē. Hic autē capis pro enunciatione. s. prout aliquid in ipsa uere uel false dicitur de alio. Item notandū q̄ propositio potest capi dupliciter. vno modo pro illa secūda intentione que consistit in compositione duorum conceptuum: siue illa duo sint idē s̄m rem: siue diuersa. Utitur enim quando intellectus vno ut duobus compositionē formans: ut homo est homo. alio modo pro fundamentō cōcepto sub illa secūda intentione. Alterius notandū q̄ oratio etiam potest accipi pro illa secūda intentione que est relatio siue habitudo signi ad significatū. alio modo pro uoce cōplexa in qua fundatur talis relatio. Item notandū q̄ ueritas s̄m Scotū 6<sup>o</sup> metaphysice est duplex. quedā in rebus. et quedā in intellectu. Ueritas in rebus vno modo sumitur in se et absolute s̄m rem. et talis dicitur cōformitatē p̄ducti ad producēs. et sic filius generat ab aliquo dicitur esse uerus filius eius quādo est sibi cōformis. alio modo sumit ueritas in re per comparationē ad intellectū: et sic res dicitur uera inquantū est intelligibilis seu manifestatiua sui intellectui potenti eaz intelligere uel cognoscere: et sic ueritas est p̄a<sup>o</sup> entis: et de his nihil ad propositum. Ueritas uero in intellectu de qua in proposito est cōformitas predicati ad subiectū: seu cōformitas intellectus cōponētis seu diuidentis ad ipsam rem uel sub alijs uerbis. Ueritas est adequatio rei ad intellectum: falsitas autē est dissonantia uel inadequatio. Quia enim per intellectū componunt ea que sunt cōposita in re est ueritas: uel cū diuiduntur ea que sunt diuisa. falsitas autē cū cōposita diuiduntur: uel diuisa cōponuntur. Item notandū q̄ h̄c propositio hic posset diffiniri pro secūda intentione uel pro fundamento sub illa secūda intentione cōcepto: ut dictū est in diffinitione nominis: quia tamen logica prime considerat secūdas intentiones: primas autem non considerat nisi in ordine ad secūdas melius accipitur pro secūda intentione. Item notandū q̄ secūda intentio quā significat propositio hic diffinitur in concreto: prout scilicet cōcernit relationē cum fundamentō: sicut dictum est in diffinitione nominis. Ipsis enim secūdis intentionibus possunt assignari genera et differentie: ut dicit Scotus. 7. di. 4. sent. et tunc genus ad propositionē erit oratio sumpta pro habitu dīne signi ad significatū. Sumpta autē pro uoce cōplexa erit fundamentū illius relationis sicut subiectū et predicatū que ad inuicem cōponuntur. Significare autē uerū uel falsum ponitur loco differentie. scilicet ad differentia dictionū que h̄c significant res tamen non est ibi ueritas uel falsitas de qua intendit logicus que scilicet consistit in compositione et diuisione. Unde dicit Aristoteles q̄ yocoeruus non significat uerū uel falsum: nisi addatur esse uel nō esse: id est affirmatio uel negatio. Non est etiam ad differentia orationū imperfectarū uel etiam perfectarū aliarū ab indicatiua que non significant uerū aut falsum determinate nisi inquantū reducuntur ad ipsam. Res autē significata ponitur pro eorū relatio. Habemus itaq̄ genus et differentia illius relationis quā dicit propositio et fundamentū et terminā que cōmuniter ponuntur in diffinitionibus prior.



et sic possent adaptari definitiones intentionis quas logicus considerat: quod lectori sagaciori relinquo: sed autem non esset necessarium ponere illam particulam indicandam ponit tamen ad maiorem expressionem. Contra predicta arguitur tripliciter. primo sic, secunda intentio non est in genere ergo non potest diffiniri, consequentia est nota probatur antecedens: quia predicamenta sunt entia realia ex 5<sup>o</sup> metaphysice, secunda autem intentio est ens rationis. Item ista diffinitio datur per verum et falsum que sunt passionis propositionis: ergo non est bona, antecedens est notum probatur consequentia: quia diffinitio debet dari per differentias essentielles. Item ista diffinitio datur per coniunctionem disiunctivam: ergo non est bona, antecedens est notum probatur consequentia: quia coniunctio disiunctiva coniungit diuersa, partes autem diffinitionis significant unum per se. Rursum ad primum quando dicitur quod ens rationis cuiusmodi est secunda intentio non est in genere, dico quod relationes rationis non sunt in genere relationis per se: prout tamen denominatiue ad ipsum reduci sunt Scotum, viij, dif. 3, sen. et sic suo modo prout habere genus et differentias. Ad secundum quando dicitur quod verum et falsum sunt passionis propositionis potest dici quod sepe per passionem circuloquimur differentias essentielles que sunt Boetium sunt nobis ignote. Est autem circuloquutio dictionis nobis deficientis per alias dictiones suppletio. Ad tertium eodem modo potest dici quod per istud disiunctiuum verum uel falsum circuloquimur differentiam essentialem uel ignotam.

Deinde diuidit autem propositionem in categoricam et hypotheticam: et est ista diuisio penes substantiam propositionis: quia sumitur ab eis ex quibus componitur propositio. Est autem hypothetica composita ex pluribus categoricis: ut sortes currit et plato disputat. Categorica vero est illa que habet unum subiectum et unum predicatum tanquam principales partes sui: ut in hac propositione homo currit: hoc nomen homo est subiectum et currit est predicatum: et quod coniungit unum cum alio est copula. Dicitur autem currit predicatum: quia magis se tenet ex parte predicati: quia res importata per ipsum, scilicet cursus se tenet a parte predicati. Unde currit includit illam copulam est cum predicato, quod patet in resoluendo currit: id est est currere, et dicitur a categorico 3as quod idem est quod predico eas. Unde categorica, id est predicatiua denominatur a predicato quia a digniori debet fieri denominatio: predicatum vero est dignius aliquo modo subiecto: quia habet rationem forme, subiectum vero rationem materie. Materie namque est subiecti: forme vero inesse uel inherere. Ergo predicatum insit subiecto habebit rationem forme. Sed contra predicta arguitur et videtur quod illa diuisio non sit bona: quia pars non distinguitur contra totum. Categorica autem est pars hypotheticæ. Item membra diuidentia non euacuant totum ambitum diuisi: ergo diuisio non est bona, consequentia est nota, probatur antecedens quia diuisum excedit membra diuidentia cum sit aliqua propositio que nec est categorica nec hypothetica, ut homo currit qui mouetur: et sic de multis alijs. Ad enim est categorica cum non habeat tantum unum subiectum et unum predicatum, nec hypothetica cum non sit ibi coniunctio coniungens duas propositiones. Respondetur ad primum quando dicitur quod categorica est pars hypotheticæ: dico quod categorica et hypothetica possunt capi dupliciter, uno modo materialiter, alio modo formaliter. Si capiantur materialiter scilicet pro ipsis terminis uel pro

positionibus, sic categorica est pars hypotheticæ: et hoc modo non contra se distinguuntur. Si vero capiantur formaliter: sic sunt duo membra distincta que non coincidunt in idem. Categorica enim est quedam secunda intentio que consistit in compositione unius subiecti ad unum predicatum, hypothetica vero est compositio unius propositionis cum alia. Ad secundum quando dicitur quod illa homo currit qui mouetur non est categorica nec hypothetica, dico quod est hypothetica. Illud enim relatiuum qui implicat, id est intus plicat seu implicite includit coniunctionem copulatiuam cum aliquo pronomine. Unde cum dicitur homo currit qui mouetur, sensus est quod homo currat et ille mouetur. Alterius dicitur autem quod subiectum est illud de quo aliquid dicitur scilicet predicatum, et predicatum est quod dicitur de alio scilicet de subiecto. Circa quod notandum quod subiectum et predicatum sunt correlatiua, ideo unum diffinitur per aliud: sicut magis determinatur in predicamento de ad aliquid. Unde subiectum et predicatum prout sumi dupliciter, uno modo materialiter: ut in illa propositione homo est animal: homo est subiectum: animal vero predicatum, alio modo formaliter: et sic importat duas secundas intentiones uel relationes rationis. Secunda enim intentio quam importat subiectum significatur per hoc quod est subiecti respectu alterius. Illa vero que importatur per predicatum est dici uel predicari de alio. Item notandum quod subiectum potest capi octo modis, primo modo pro obiecto, secundo pro famulo, tertio pro illo quod ponitur sub alio, quarto pro illo cui inheret aliquid, quinto pro illo quod precedit copulam: et sic sumitur hic, sexto pro subiecto proprie passionis, septimo pro inferiori respectu superioris quod logicus uocat subiectum, non dici de subiecto est predicari de inferiori, octauo pro subiecto artis uel scientie, unde uersus obiectum uerna positum sub cui quod inheret, quod prius est copula proprii logicaliter infra, quod simul ars et habet bis sunt subiecta quaternaria.

Propositionum categoricarum alia vltis, alia particularis, alia indefinita, et alia singularis. Propositio vltis est illa in qua subiecti terminus communis signo vlti determinatur ut omnis homo currit. Terminus communis est qui est aptus predicari de pluribus ut homo de sorte et de platone. Signa vniuersalia sunt hec, omnis nullus quilibet neuter et filia. Propositio particularis est illa in qua subiecti terminus communis signo particulari determinatur: ut quidam homo currit. Signa particularia sunt hec: quidam alter aliquis et filia. Propositio indefinita est illa in qua subiecti terminus communis sine signo: ut homo currit. Propositio singularis est illa in qua subiecti terminus discretus uel terminus communis cum pronomine demonstratiuo, ut sortes currit uel ille homo currit. Terminus singularis uel discretus est qui aptus est predicari de uno solo ut sortes de seipso. Item propositio categoricarum alia est affirmatiua alia negatiua. Affirmatiua est illa in qua predicatum affirmatur de subiecto, ut homo currit. Negatiua est illa in qua predicatum negatur de subiecto: ut homo non currit.

homo currit  
hypothetica

3<sup>o</sup> 1<sup>o</sup>

aliquis



Quia ppositione penes substantia: con-  
 sequenter auct. diuidit ipsam quantu ad quanti-  
 tate v3 in vlem & particularē indefinitā &  
 singularē. ¶ Uniuersalis est illa in qua subicif ter-  
 minus cōmunis signo vniuersali determinat: ut  
 ois hō currit. Sūt aut signa vlia: ois nullus qlibet  
 nihil & silia. ¶ Ad cuius euidentiā sciendū q signa  
 vlia & particularia sunt quedā sincathegoremata.  
 Notandū q quedā dictiones dicunt cathegorema-  
 tice & quedā sincathegorematice. Sunt aut dictio-  
 nes cathegorematice que hnt certā significationē.  
 Significat enim rē vlem & particularē: ut hō equus  
 nigredo albedo sor. & plato. Dictiones sincathego-  
 rematice cuiusmodi sunt signa vlia & particularia  
 & cōiunctiones & prepōnes & huiusmodi consignifi-  
 cāt. i. designāt alijs addice terminū cui addunt mo-  
 do determinato supposito: e. vñ hoc signū ois fm  
 Ari. in libro peryermentias nō significat rem vlem  
 sed qm vli. i. designat terminū cui addit sumi pro  
 oibus suis suppositis. ¶ Notandū insuper q diffi-  
 nitio ppōnis vlis sic debet intelligi. ppositio vlis  
 est illa in qua subicif terminus cōmunis cōmuniter  
 tenet determinat signo vli non negato: uel aliquo  
 equialenti. per hoc qd dicit cōmuniter tenet exclu-  
 dit ista. oēs isti hoies currit: q hoies nō tenet cōi-  
 ter sed singulariter rōne huius pnominis isti: per  
 hoc qd dicit signo vli nō negato excludit ista: non  
 ois hō currit: que nō est vlis sed particularis ratio-  
 ne negationis ppositae illi signo. ois negatio enim  
 quicqd post se inuenit destruit & oppositum eius po-  
 nit. Et ideo si inueniat signū vlc facit ipsum parti-  
 cularē. per hoc vō qd dicit uel aliquo equialenti.  
 Ista est vlis: nō quidā hō nō currit. equialet enim  
 isti: ois hō currit. ¶ Deinde notandū q duplex est  
 subiectū. Quoddā est subiectū distributionis cui. s.  
 addit signū distributiū: & respectu illius subiecti  
 ista ppositio: cuius l3 hominis asinus currit est vlis &  
 etiā silēs. aliud est subiectū locutionis seu enuncia-  
 tionis: & respectu illius dicta ppositio est indefini-  
 ta & istud subiectū pncipaliter intēdit in ppositioe:  
 ideo talis ppositio simpliciter pōt dici indefinita.  
 ¶ Alterius sciendū q hoc signū ois pōt capi dupli-  
 citer. s. distributiue: ut ois hō currit: tūc enim termi-  
 nus cui addit distribuit pro oibus suis suppositis:  
 ita q pdicātū dicitur de quolibet supposito singilla-  
 tim. alio modo collectiue: ut oēs apostoli sunt duo-  
 decim. i. apostoli cōgregati sunt in numero duode-  
 nario. Unō sequit: ergo petrus est. xij. uel ioānes.  
 ¶ Itē sciendū q hoc signū tot pōt capi dupliciter.  
 vno modo cathegorematice: & sic est idē qd habēs  
 partes uel cōstitutū ex partibus. Alio modo sine-  
 cathegorematice: & sic tñ ualeat sicut quelibet pars.  
 Sic enim includit hoc sincathegorema quelibet: &  
 fm hoc pōt exponi illa ppositio. totus sor. est minor  
 sor. si enim sumat l3 tot sincathegorematice. Sen-  
 sus est q quelibet pars sortis est minor sor. & tūc est  
 vniuersalis & uera. Si vō sumat cathegorematice  
 sensus est q sor. cōstituit ex partib est minor seipso  
 & sic est singularis & falsa. ¶ Insuper notādū q qua-  
 titas ppōnis sumit a parte subiecti: quia subiectū  
 habet rationē materie: materiā autē cōsequit quan-  
 titas fm qd ei pponit signū vniuersale uel particu-  
 lare. Non autem ponitur signum a parte predicati:  
 q fm Ari. libro peryermentias affirmatio est nulla  
 idest falsa in qua pdicatur vniuersale vniuersaliter  
 sumptū. Unde hec est falsa: aial est ois hō: quia cuz

aial supponat determinate pro hoc aiali uel illo tūc  
 aliquod determinatū aial esset ois hō: Et sic sortes  
 esset plato & gulielmus cicero &c. ¶ Et si arguatur  
 ista est uera: ois hō est aial: ergo aial est ois hō: pba-  
 quia nomia & uerba trāspōta idē significāt. ¶ Re-  
 spōdeo q l3 significēt idē nō tamē eodē modo. Un-  
 de in prima l3 aial supponit cōfuse tñ: ita q nō pōt  
 fieri defensus ad singularia fm Sco. xxi. di. p. senf.  
 In secūda autē supponit determinate. ¶ Si vltē-  
 rius arguit: q illa est uera. ois hō est ois hō: cuz fm  
 Boetii nulla sit uerior pdicatio q illa in qua idem  
 pdicaf de seipso: & tamē hic pdicaf vniuersale vni-  
 uersaliter sumptū. ¶ Rōdeo q illa est falsa nec pre-  
 dicaf ibi idē de seipso: sed ois homo de quolibet in-  
 diuiduo hominis cū subiectū distribuaf pro quolibet  
 indiuiduo. Unō sensus est q sor. est ois hō: & plato est  
 ois hō: & sic de alijs: que omnes sunt false. Ex pre-  
 missis patet diffinitio propositionis vniuersalis.  
 ¶ Declarat psequēter auctor: quid sit terminus cō-  
 munis di. Terminus cōmunis est ille qui est aptus  
 natus pdicari de pluribus: ut hō de sor. & platone.  
 ¶ Ad hoc q terminus sit cōmunis non requirit q  
 actu pdicaf de pluribus: sed sufficit q nō repugnet  
 sibi ex ipositione sua. & ideo l3 plures termini ut sol  
 & luna: & sic de multis alijs nō pdicent actu de plu-  
 ribus: cū nō habeāt nisi vnū suppositū: sunt tamen  
 cōmunes termini cū nō repugnet eis capi pro pluri-  
 bus si essent: cū imponant a qualitate pluribus cō-  
 municabili. ¶ Notādū insuper q ad hoc q termi-  
 nus sit cōmunis oportet q pdicaf vniocce de plu-  
 ribus. Unde l3 iste terminus sor. cōueniat plurib  
 illo nomine uocatis tamē nō est cōmunis cum non  
 vniocce pdicaf de illis. Sola enim dictio est illis  
 cōmunis: nec cōueniūt in aliqua cōmuni rōne sum-  
 pta fm idē nomē. Oportet etiā q terminus cōmu-  
 nis pdicaf de pluribus diuisim. & ideo hoc comple-  
 xū isti hoies nō est terminus cōmunis: cū pdicatur  
 de pluribus conuictim & non diuisim.

¶ Consequenter auctor diffinit ppositionem par-  
 ticularē dicēs. q ppositio particularis est illa in qua  
 subicif terminus cōmunis signo particulari deter-  
 minat: ut quidā homo currit. & debet intelligi de si-  
 gno particulari nō negato: sicut dicebat in diffiniti-  
 one signi vniuersalis ratione equipollentiarum de  
 quibus dicebat postea. Sunt autē signa particularia  
 aliquis quidā alter reliquus que scilicet faciunt ter-  
 minū cui addunt teneri pro vno supposito & deter-  
 minate tñ & distinctim: ut quidā homo currit: ergo  
 sor. uel gulielmus currit uel plato & sic de alijs.

¶ Ppositio indefinita est illa in qua subicifur  
 terminus cōmunis sine aliquo signo: ut ho-  
 mo currit: & dicitur indefinita: idest indetermi-  
 nata: quia terminus sumptus sine signo non deter-  
 minat ad aliquā suppositionē. Idotest enim aliquā-  
 do supponere simpliciter pro natura cōmuni: ut ho-  
 mo est species: aliquando personaliter pro supposi-  
 tis nature: ut homo currit: aliquando materialiter  
 pro illo termino homo: ut homo est dictio dissylla-  
 ba. Ex quo patet q non sunt omnino idem ppositio  
 indefinita & particularis: quando enim termino cō-  
 muni addit signū particulare: tūc determinat ipm  
 ad standū personaliter nisi cōparet ad aliqd ptinēs  
 ad significatū. vñ ista est falsa aliquis homo est spe-  
 cies. Si tamē cōparetur ad aliquid pertinēs ad si-  
 gnū tūc supponit materialiter: ut aliquis homo cō-  
 ponitur ex termino cōmuni & signo particulari. &



Notandū q̄ lz iste termin⁹ hō sit nomē appropriatū ad significādū naturā humanā: nō alias naturas. Illa tñ ppositio hō est spēs nō est singularis lz indefinita: q̄ illa natura est cōicabilis multis indiuiduis: et in ipsis plurificabilis. non sic est de illo qd̄ ipor:taf per terminū singularē uel discretū. ¶ Notādū isup q̄ lz illa ppositio hō est dictio dissyllaba et similes in qbus subiectū supponit materialr pro se uel sibi fili in uoce uel in scripto possint dici indefinite propter cōuenientiā quā hz termin⁹ sic sumpt⁹ cū termino cōi: q̄ tamē nō est uere termin⁹ cōis cū ut sic nō dicat aliquē cōceptū cōem pluribus: id uer⁹ pnt dici singlares. ¶ Notādū etiā q̄ ista hō qui est for. currit: est singularis: q̄ lz ibi ponat terminus cōis sine signo tamē restringit per illā iplicationē qui ad standum pro supposito determinato.

¶ Ppositio singularis est illa in qua subiect⁹ terminus discret⁹: ut for. currit: uel termin⁹ cōis sumptus cū pnoie demonstratio: ut iste hō currit. Est autē termin⁹ discret⁹ qui est apt⁹ nat⁹ p̄dicari de vno solo ut for. Et patet hoc ex his que dicta sunt in difinitioe termini cōis. Dicif autē termin⁹ singularis et discret⁹ q̄ significat rē suā ab alia discretā siue distinctā et separatā. ¶ Si q̄raf quanta est ista: uterq̄ istorum currit. dico q̄ est vltis: ibi eniz intelligit termin⁹ cōmuni. scilicet homo et huiusmodi.

¶ Consequēter diuidit auctor p̄pōnez penes q̄litate v̄z in ppositionē affirmatiuā et negatiuā. Dicif autē hec diuisio fieri penes q̄litate: q̄ q̄litas cōsequitur formā: sicut affirmatio et negatio p̄ncipalr respiciunt p̄dicatū qd̄ hz rōnem forme. Uel q̄: affirmatio et negatio sunt differētie essentialē p̄pōitōis que hnt modū q̄litate. Est autē ppositio affirmatiua illa in qua p̄dicatum affirmat de subiecto. i. res ipor:ta per p̄dicatū denotaf in eē subiecto. Uñ affirmatio est qd̄ cōpositio intellect⁹ cōponētis p̄dicatum cū subiecto: ac per hoc denotātis rē ipor:tatam per p̄dicatū vniri cū re ipor:ta per subiectū. ppositio negatiua est illa in qua p̄dicatū remouet a subiecto. i. res ipor:ta per p̄dicatū denotaf remoueri a re ipor:ta per subiectū. Est eni negatio qd̄ diuisio intellect⁹ diuidētis siue separatōis vñ ab alio.

**D**uisa ppositione tripliciter sciendum est q̄ triplex est questiuum per quod querimus de ipsa ppositio/ ne scilicet que qualis et quāta. Que querit de substantia ppositionis: ideo ad questionem factam per que respondendum est cathēgorica uel ypothetica. Qualis querit de qualitate ppositionis. ideo ad questionem factam per qualis: respondendum est affirmatiua uel negatiua. Quanta querit de quātitate. ideo ad interrogationem factam per quanta: respondētū est vniuersalis uel particularis uel indefinita uel singularis. vnde uersus. Que ca uel yp. qualis ne uel af. v. quanta par in fin.

¶ Eūde auctor ponit triplex q̄stiuum per qd̄ q̄rim⁹ de ipsa ppositioe. s. que q̄lis et quanta. Que q̄rit de substantia ppositiois. est eniz q̄stinū substantie. Quāta v̄o est q̄stinū quātitatis: et ideo querit de quātitate ppositionis. Qualis autē est questiuum de q̄litate ppositiois: et ideo q̄rit de

qualitate ppositionis: ut patet per hunc uersum. Que ca uel yp qualis ne uel af u quāta par in fin.

De proprietatibus ppositionum.


**T**em ppositionū cathēgoricarum quedā participāt utroq̄ termino: ut homo est animal hō nō est animal alie participant vno tñ: ut homo currit: hō disputat. Item ppositionū participantium utroq̄ termino: alie participāt secundū eundē ordinē ut hō currit hō nō currit. alie v̄o ordinē ecōuerso: ut hō est aial aial est hō. Itē ppositionū utroq̄ termino participatiū fm eundē ordinē: alie sunt cōtrarie: alie subcōtrarie: alie contradictorie: alie subalterne. Cōtrarie sunt vniuersalis affirmatiua et vniuersalis negatiua eiusdē subiecti et eiusdem p̄dicati: ut ois homo currit nullus hō currit. Subcōtrarie sūt particularis affirmatiua et particularis negatiua eiusdē subiecti et eiusdē p̄dicati: ut qui dam homo currit qdam hō nō currit. Cōtradictorie sunt vniuersalis affirmatiua et particularis negatiua: ul' vniuersalis negatiua et particularis affirmatiua eiusdē subiecti et eiusdē p̄dicati: ut ois hō currit: quidā homo nō currit: nullus homo currit qdā hō currit.

Subalterne sunt vniuersalis affirmatiua et particularis affirmatiua: ul' vniuersalis negatiua et particularis negatiua eiusdē subiecti et eiusdem p̄dicati: ut omnis hō currit qdā homo currit: nullus homo currit quidā hō nō currit. et hoc totum patet in figura sequenti.

**I**e auctor icipit determinare de qbusdam proprietatib⁹ ppositionū cuiusmodi sunt oppositio cōuersio et eqpollētia que cōueniunt ppositioibus fm mutuā cōparationē. Ad quarū cognitionē p̄mitrit duas diuisiones: quarū prima est q̄ p̄pōnum cathēgoricarū: qdam participāt utroq̄ termino que. s. habēt idē subiectū et idē p̄dicatum: ut hō est aial: hō nō est animal. Dicunt autē subiectū et p̄dicatū termini p̄pōnis q̄ sunt duo extrema ipsam terminātia. Alie v̄o participant vno termino tñ. ut hō currit hō mouet. cōueniūt enim in subiecto et nō in p̄dicato. Alie v̄o nullo: que. s. nec idē subiectū hnt nec idē p̄dicatū ut hō currit equus mouet. ¶ Pro quo notādum q̄ due ppositioes dicuntur participare vno termino: non q̄ sit simplr eadē uox in numero in duab⁹ ppositioib⁹: q̄ ut dicit Alri. in p̄dicamētis. Qd̄ semel dictū est ampli⁹ resumi nō p̄t. Uñ quot sunt platiōes tot sunt uoces numero distincte: tamē sunt idē numero per equalētiā q̄stū ad finē uocis. s. ad exprimēdū mētis conceptū. Eadem eniz res cōcepta per ipsas exprimit fm Scotuz di. ij. secūdi sen. ¶ Secūda diuisio est p̄pōnū participantū utroq̄ termino. Quedā eni participant fm eundē ordinē. qñ videlicet illud qd̄ est subiectū in vna est subiectū in alia. et qñ illud qd̄ est p̄dicatū in vna est p̄dicatū in alia: ut hō currit: hō nō currit. Quedam uero participant ordine cōuerso: quando scilicet quod est subiectum in vna est predicatum in alia. et quod est predicatum in vna est subiectum in alia: ut homo est animal: animal est homo.



**H**is premiffis agit auctor de oppositione ppo-  
 sitionū: que est repugnātia duarū ppoſitionū in qua  
 litate uel q̄titate dicēs: q̄ ppoſitionū utroq; termi-  
 no participantū fm̄ eundē ordinē. quedā sunt h̄ie  
 quedā subcōtrarie: alie cōtradictorie: alie subalter-  
 ne. Cōtrarie sunt vniuerſalis affirmatiua ⁊ vniuer-  
 ſalis negatiua eiūsdē ſubiecti ⁊ eiūsdē predicati: ut  
 ois hō currit: nullus hō currit. Subcontrarie sunt  
 particularis affirmatiua ⁊ particularis negatiua.  
 ut quidā hō currit qdā hō nō currit. ⁊ dicunt ſubcō-  
 trarie quia ponunt ſub p̄trarijs. Cōtradictorie sunt  
 vniuerſalis affirmatiua: ⁊ particularis negatiua.  
 vniuerſalis negatiua ⁊ particularis affirmatiua:  
 ut ois hō currit: quidā hō nō currit: nullus hō currit  
 quidā hō currit. Subalterne sunt vniuerſalis affir-  
 matiua ⁊ particularis affirmatiua. vniuerſalis ne-  
 gatiua ⁊ particularis negatiua: ut ois hō currit: qui-  
 dā hō currit: nullus hō currit: quidā hō non currit.  
 Et dicunt ſubalterne: quia vna ponit ſub alia: ſcili-  
 cet particularis ſub vniuerſali. **E**ad euidētiā  
 predictoz ſciendū est q̄ ad hoc q̄ ppoſitiones op-  
 ponant multa requirunt. p̄mo q̄ participēt utroq;  
 termino fm̄ eundē ordinē ut patet in precedētibus  
 2<sup>o</sup> q̄ ſumant ſignificatiue ⁊ non materialiter. Et idē  
 iſte nō opponunt: ois hō est terminus cōmunis ſi-  
 gno vniuerſali determinat<sup>o</sup>. ⁊ quidā hō est termi-  
 nus cōmunis ſigno particulari determinat<sup>o</sup>. 3<sup>o</sup> q̄  
 termini teneant eque ample ⁊ eque ſtrictē. **U**n̄ iſte  
 ois hō currit ⁊ nullus hō currit nō opponunt niſi ly  
 hō in prima reſtringat ad ſtandū pro viris: ſicut re-  
 ſtringit in ſecūda per ly nullus qui est maſculini ge-  
 neris ſub iſta terminatione us. Si enī in prima ly  
 hō ſtaret pro mulieribus ⁊ in ſecūda pro viris am-  
 be poſſent eſſe ſimul uere. Itē 4<sup>o</sup> requirit q̄ termi-  
 ni ſupponāt eodē genere ſuppoſitionis. **U**n̄ iſte nō  
 opponunt. ſed ſunt ſimul uere. **S**yllogiſm<sup>o</sup> est ſub-  
 iectū in logica: ⁊ nullus ſyllogiſmus est ſubiectus in  
 logica: quia in prima ſyllogiſmus ſupponit ſimpli-  
 citer: in ſecūda vō p̄ſonaliter ratiōe illius ſigni nul-  
 lus. **O**ppoſitiones ſupradicte luculēter innotescūt  
 per figuram ſequentem.



**De materia propositionum.**

**P**ropositionū triplex est materia. ſ.  
 naturalis contingens ⁊ remota. **N**at-  
 uralis est illa in qua predicatū est de  
 eſſentia ſubiecti uel p̄p̄tū eius: ut homo est  
 animal uel hō est riſibilis. **C**ōtingēs est illa  
 in qua predicatū poteſt ad eſſe uel ab eſſe ſub-  
 iecto p̄ter ſubiecti corruptionē ut homo est al-

<sup>1. nō</sup>  
 bus. **R**emota est illa in qua predicatū poteſt  
 cōuenire ſubiecto ut homo est aſinus. **L**ex  
 ſiue natura h̄iarum talis est: q̄ ſi vna est uera  
 reliqua est falſa ⁊ nō ecōuerſo. **P**oſſunt enī  
 ambe ſimul eſſe falſe in cōtingētī materia: ut  
 omnis hō est albus nullus homo est albus.  
**I**n naturali vō materia ⁊ remota ſemp vna  
 est uera ⁊ reliq; falſa: ut ois hō est aial nullus  
 hō est aial. ois hō est aſin<sup>o</sup> nulls hō est aſin<sup>o</sup>  
**L**ex ſiue natura ſubcontrariarū talis est q̄  
 ſi vna est falſa reliqua est uera ⁊ non econtra.  
**P**oſſit enī ambe ſimul eē uere in cōtingētī  
 materia: ut qdā hō est alb<sup>o</sup> qdā hō nō est al-  
 bus. **U**n̄ lex ſubcōtrariarū cōtrario modo ſe  
 habet legi contrariarū. **L**ex ſiue natura cō-  
 tradictoriarū talis est q̄ ſi vna est uera reliq;  
 est falſa ⁊ non ecōuerſo. **I**n nulla enī mate-  
 ria poſſunt ſimul eē uere aut ſiml falſe: ut ois  
 homo est animal quidā homo non est aial.  
**L**ex ſiue natura ſubalternarū talis est: q̄ ſi vni-  
 uerſalis est uera particularis erit uera ⁊ non  
 ecōuerſo. poteſt enī particularis eē uera ſua  
 vniuerſali exiſtēte falſa. ut ois homo est alb<sup>o</sup>  
 ſi particularis ſit falſa vniuerſalis eius erit  
 falſa ⁊ non econuerſo.

**D**ist<sup>o</sup> auctor determinauit de oppositione  
 ppoſitionū: hic cōſequenter determinat  
 de lege ſeu natura earū. **E**ad cuius euidē-  
 tiā ſciendū q̄ triplex est materia ppoſitionū. ſ. na-  
 turalis cōtingēs ⁊ remota: cuius diuiſionis ſufficiē-  
 tia ſic pōt haberi. predicatū enī ppoſitionis con-  
 uenit ſubiecto uel repugnat. Si primo modo hoc  
 est dupliciter. quia uel cōuenit neceſſario ſibi: ⁊ ſic  
 est materia naturalis: uel cōtingēter: ⁊ ſic est mate-  
 ria cōtingēs. Si ſecūdo modo ſic est materia remo-  
 ta. **C**irca qd̄ notādū q̄ materia ſumitur hic per-  
 quādā ſimilitudinē ad materiā in naturalib<sup>o</sup>. **M**a-  
 teria enī fm̄ Ari. 2<sup>o</sup> phyſicoz est ex qua cū aliquo  
 aliquid fit: quia igiſ ppoſitiones cōponunt ex ter-  
 minis. ſ. ex ſubiecto ⁊ predicato. ſ. ſubiectū ⁊ p̄dicatū  
 ſunt materia ppoſitionū ⁊ in ipſa reſoluuntur: ideo  
 ſubiectū ⁊ predicatū dicunt materia ppoſitionum.  
**I**tē ſicut materia est in potētia ad formā: ſic ſubie-  
 ctū ⁊ predicatū ſunt in potētia reſpectu vniōis et  
 cōpoſitionis deſignate per copulā que est ipſius p-  
 poſitionis forma. **I**z aut p̄dicatum ſe habeat ut for-  
 ma reſpectu ſubiecti: hoc tñ nō obſtāt utroq; ſe ha-  
 bet ut materia reſpectu ppoſitiōis ul cōpoſitionis  
 nec hoc est incōueniēs: ut patet in naturalibus. **E**d  
 ſtitutū enī ex materia ⁊ forma corporeitatis est  
 potētiale reſpectu vniuerſalitati actus. ſ. anime: ut  
 diſſuſe declarat **S**co. ij. di. 4. ſen. **E**ſt autē mate-  
 ria naturalis in qua p̄dicatū est de eſſentia ſubiecti  
 ut hō est animal: uel hō est rationalis: uel est ei<sup>o</sup> pro-  
 pria paſſio: ut hō est riſibilis. ⁊ notāter dicūt mate-  
 ria naturalis: quia reſ importata per predicatū in-  
 cludūt intrinſece in natura rei importate per ſubie-  
 ctū: ſicut genus ⁊ differētia: ut aial ⁊ rationale que  
 ſe habēt ut materia ⁊ forma includunt in homie ul  
 neceſſario cōſequūt eius naturā: ſicut riſibilitas ne-  
 ceſſario p̄ſequūt rōnabilitatē. **M**ateria cōtingēs  
 est illa



est illa in qua predicatum potest adesse uel abesse subiecto propter subiecti corruptionem: ut homo est albus, potest enim homo esse albus et non albus: non quidem simul sed successiue. **C** Materia remota est illa in qua predicatum non potest conuenire subiecto: ut homo est asinus, natura enim asini est repugnans nature humane. **C** Circa predicta notandum quod affirmatiua et negatiua sunt in eadem materia cum sit idem subiectum et idem predicatum in utraque: ut homo est animal: homo non est animal. **C** Et si arguitur quod ista homo non est animal sit in materia remota quod predicatum remouetur a subiecto. **C** Respondetur quod predicatum remouetur per negationem, id est negatur a subiecto seu denotatur remoueri: non tamen remouetur per repugnantiam ad subiectum: quia animalitas non repugnat humanitati: imo includitur in ipsa. **C** His premissis ponit auctor legem seu naturam diuinam que talis est: quod si una est uera reliqua erit falsa: et non e converso, potest enim simul esse false in contingenti materia: ut omnis homo est albus: nullus homo est albus. **C** Pro quo notandum quod si due preteritioe essent simul uere: quod est impossibile, probatur consequentia: quia cum ad ueritatem uniuersalis sequatur ueritas particularis una contradictoriarum inferretur contradictoria alterius: ut ad illam omnis homo currit: sequitur illa quidam homo currit que est contradictoria illius: nullus homo currit. **N**on sic est de falsitate: quia falsitas uniuersalis non infert falsitatem particularis. **C** Non potest simul esse false in materia contingenti: ut ista omnis homo currit est falsa pro aliquibus suppositis, uidelicet pro his qui non currunt: et ista nullus homo currit est falsa pro his qui currunt. **I**n materia uero naturali et remota non potest simul esse false nec simul uere: quia in materia naturali predicatum uenit cum subiecto pro omni supposito. **I**n materia autem remota repugnat ei uel. **C** Super predicta arguitur duplici modo sic. **I**ste due preteritioe omne animal est homo et nullum animal est homo sunt in materia naturali: et tamen ambe sunt false, ergo due preteritioe in materia naturali potest simul esse false. **I**tem ille sunt preteritioe cuiuslibet hominis oculus est dexter: et cuiuslibet hominis oculus non est dexter et tamen sunt simul uere, prima enim est uera pro oculo dextero, secunda autem pro sinistro. **C** Rursum ad primum quod ille due non sunt in materia naturali sed contingenti, predicatum enim non est de essentia subiecti nec proprium ei: cum inferiora non sint de essentia superiorum sed accidant eis, unde ille due tenent legem diuinam in materia contingenti: quia scilicet ambe sunt false, dicunt autem inferiora accidere superioribus secundum Scotum, in di. p. sen. accipiendo accidere pro effectu quod est extrinsecum, scilicet definitionem alterius: non autem pro eo quod non facit personam unam cum eo cui accidit: sicut albedo in corpore. **C** Ad secundum dico quod ille non sunt preteritioe cum ly oculus qui est subiectum principale proprium non sumatur uel nec in prima nec in secunda, unde iste essent preteritioe: cuiuslibet hominis omnis oculus est dexter: et cuiuslibet hominis nullus oculus est dexter: que sunt ambe false. **C** Lex contradictoriarum talis est quod si una est falsa reliqua est uera: et non e converso, potest enim simul esse uere in materia contingenti. **C** Pro quo notandum quod si due contradictorie possent simul esse false: due preteritioe essent simul false: cum ad falsitatem particularis sequatur falsitas uel: ut ad falsitatem huius, quidam homo currit sequitur falsitas illius omnis homo currit: que dicit illi quidam homo non currit. **N**on sic est de ueritate cum ueritas particularis non inferat ueritatem uel. **E**t idem potest simul esse uere in contingenti materia una pro uno supposito: alia pro alio. **I**n materia autem naturali et remota nunquam potest esse simul uere: quia in materia naturali predicatum subiecto conuenit pro omni supposito: et ideo affirmatiua sem-

per est uera et negatiua semper est falsa. **I**n materia uero remota predicatum repugnat subiecto pro omni supposito: et ideo negatiua est semper uera: et affirmatiua est semper falsa. **C** Super predicta arguitur sic. **D**ue preteritioe potest simul esse false: ergo et due contradictorie, antecedens est notum: probatur consequentia: quia sicut se habet uel affirmatiua ad uel negatiua: ita particularis affirmatiua ad particularem negatiua. **C** Respondetur quod ista similitudo habet ueritatem quantum ad quantitatem et qualitatem: non autem quantum ad ueritatem et falsitatem. **C** Lex contradictoriarum talis est quod si una est uera reliqua est falsa et e converso. **R**atio est quia in contradictorijs idem affirmatur et negatur de eodem. **I**mpossibile est autem idem inesse eidem et non inesse, aliter esset dare oppositum primi principij: quod tamen est firmissimum et notissimum ex quarto metaphysice. **C** Deinde ponit auctor legem subalternarum que continet tres particulas. **P**rima est quod si uniuersalis est uera particularis est uera, que ex hoc patet quia si predicatum uere dicatur de quolibet supposito subiecti: ut denotat uel: uere etiam dicitur de aliquo eius supposito: quod sufficit ad ueritatem particularis. **S**ecunda particula est quod non sequitur e converso: quia particularis potest esse uera sua uniuersali existente falsa. **I**n materia enim contingenti predicatum potest conuenire alicui supposito subiecti: non tamen propter hoc conuenit omnibus. **T**ertia particula est quod si particularis est falsa: uniuersalis est falsa. **Q**uius ratio est quia si predicatum non uerificetur de aliquo supposito: sicut per particularem denotatur: nec uerificabitur de quolibet: sicut designatur per uniuersalem. **C** Notandum tamen quod in materia naturali particularis uel indefinita equiualeat uel.

**De conuersionibus.**

**T**erminorum categoriarum utroque termino participatum ordine e converso triplex est conuersio. scilicet simplex per accidens et per contrapositionem. **C**onuersio simplex est quam fit de subiecto predicatum et de predicato subiectum manente eadem qualitate et quantitate: et hoc modo conuertitur uniuersalis negatiua in seipsam et particularis affirmatiua in seipsam: ut nullus homo est lapis: nullus lapis est homo: quidam homo est animal: quoddam animal est homo. **C**onuersio per accidens est facere de subiecto predicatum et de predicato subiectum manente eadem qualitate sed mutata quantitate. et hoc modo conuertitur uniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiua: et uniuersalis negatiua in particularem negatiua: ut omnis homo est animal ergo quoddam animal est homo. **N**ullus homo est lapis ergo quidam lapis non est homo. **C**onuersio per contrapositionem est facere de subiecto predicatum et de predicato subiectum manente eadem qualitate et quantitate: sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. **E**t hoc modo conuertitur uniuersalis affirmatiua in uniuersalem affirmatiua: et particularis negatiua in seipsam: ut omnis homo est animal ergo omne non animal est non homo. **Q**uidam homo non est lapis ergo quidam non lapis non est non homo uniuersus. **S**impliciter feci conuertitur eua per



acci. Asto per cōtra: sic sit cōuersio tota. Asserit a ne gat e sunt vniuersaliter ambe. Asserit i negat o sunt particulariter ambo. Et sciēdū est q signū positū in subiecto ppositiōis que debet cōuertī debet poni supra totū predica tū: et totū reduci ad subiectum in conuertēte. Preterea eadē est cōuersio ppositionis par ticularis indefinite et singularis.

Consequēter agit auctor de cōuersione ppo sitionū que est ppietas ppositionū utroq; termino participantū ordine ecōuerso: qñ s. sit de p̄dicato subiectū et de subiecto p̄dicatū. Et est triplex. s. simplex per accidēs et per cōtrapositiō nē. Et Unde notandū q in cōuersione sunt due pro positiones: quarū p̄ma dicit̄ p̄uersa: et est antecedēs secūda vō dicit̄ cōuertēs. et est consequēs ad aliam. Et Est autē antecedēs ppositio cathegorica ul' hypo thetica ad quā alia sequit̄: cōsequēs vō est cōclusio que sequit̄ ex antecedēte. Et Cōsequētia vō est illa tio p̄sequētis ex antecedēte. Et Quia vō p̄uersio est cōsequētia notandū q p̄sequētia formalis dicit̄ il la que tenet in omnib' terminis p̄simili forma arguēdi retēta. ex parte autē forme se tenēt vniuersa lis particularis affirmatio et negatio. et narius mo dus arguēdi s̄m regulas p̄sequentiarū. Et Cōsequē tia vō materialis solū tenet ex parte terminorum: et ideo nō tenet in omnib' terminis: s̄ forma consi milis obseruet̄. Unde s̄ sequat̄ gratie materie qui dā homo est aial: ergo ois homo est aial nō est tñ cō sequētia formalis. Et ideo non ualeret similis mo dus arguēdi in alijs terminis. sicut nō sequit̄. qdaz homo currit: ergo ois homo currit. Et Notandū in super q Ari. tractās de reductione syllogismoz in perfectoz ad p̄fectos agit de cōuersione simplici et per accidēs. que ad hoc sunt utiles. Nō autē de cō uersione per cōtrapositionē que ad hoc nō deseruit q: in ipsa nō manēt idē termini simpliciter: qui ta men deberēt manere in reductione syllogismoz. Petrus aut̄ hispanus tractat hic de ipsa inquantū est quedā passio ppositionis. Et Conuersio simplex est facere de subiecto p̄dicatū et de predicato subie ctū manēte eadē qualitate et quātitate. et hoc modo cōuertit̄ vniuersalis negatiua et particularis affir matiua: ut nullus homo est lapis: nullus lapis est homo. quidā homo est aial. quoddā aial est homo: et dicitur simplex q: est sine mutatione quātitatis et qualitatis. Solū enim est ibi mutatio situs termi noz: sicut cōmutatio dicit̄ simplex que est sine addi tiōe uel uariatiōe. Simpliciter enī dicit̄ tale qd est s̄ se tale s̄m qd vō tale q est tale per respectū ad aliud. hoc modo vniuersalis negatiua cōuertit̄ in vniuer salē negatiuā simpliciter. i. s̄m se et non per aliud: et similiter particularis affirmatiua in particularem affirmatiuā. Nō sic in cōuersione per accidēs ut sta tim videbit̄. Et Sed cōtra hoc arguitur primo sic. ista est uera. nulla vgo fuit corrupta: et tñ cōuertens est falsa. nulla corrupta fuit vgo. Et Itē ista est uera. nullus sener erit puer: ista aut̄ falsa nullus puer erit sener. Et Itē ista est uera quidā hō est. mortuus: con uertēs vō falsa: quoddā mortuū est hō. Et Itē ista est uera. nullus ciuis est mulier. et ista falsa: nlla mu lier est ciuis. itē nō sequitur panis est in furno: ergo furnus est in pane. Et Pro r̄missione ad ista argumen ta notandū q terminus posit' a parte anter respectu

uerbi uel participij futuri t̄pis ampliat̄ ad standūz pro t̄pe uel futuro. Posit' vō post huiusmodi v̄bz restringit̄ ad t̄pus futurū. Et Itē notandū q termi nus positus a parte anter respectu v̄bi uel participij p̄teriti t̄pis ampliat̄ ad supponēdū pro eo q est uel fuit. Posit' vō post huiusmodi v̄bū restringitur ad t̄pus p̄teritū. Et Itē notandū q in cōuertēte et con uersa termini debēt accipi eque ample et eque stri cte. Et Itē notandū q qñ obliquus ponit̄ a parte p̄ dicati ppositionis cōuerse: tūc v̄bū d̄z resolui in su um participiū et ipsuz cū abliquo ponere a parte s̄b iecti cōuertentis. Et His p̄missis visis patet r̄missio ad argumēta. Et Ad primū qñ arguit̄: nulla vgo fu it corrupta: dico q illa est uera sumēdo subiectum pro p̄nti t̄pe et p̄dicatū pro t̄pe p̄terito: q: nulla que nūc est vgo fuit corrupta t̄pe p̄terito. et tūc debet cō uerti in illā: nulla que fuit corrupta est uirgo. Et Ad secundū dicendū q illa nullus sener erit puer est ue ra sumēdo subiectū pro t̄pe p̄nti: et p̄dicatū pro t̄pe futuro. Nullus enim qui nūc est sener erit puer t̄pe futuro: et tūc debet cōuertī in illā. nullus qui erit pu er est sener. Et Ad tertiuū dico q illa ppositio quidaz homo est mortuus est uera sumēdo subiectū pro t̄pe p̄terito. Unde sensus est q quidaz qui fuit ho mo est mortuus. et tūc debet cōuertī in istā. quoddā mortuū est uel fuit hō. Et Ad quartū dico q illa nul lus ciuis est mulier est uera pro masculis: quia ly ci uis per ly nullus restringit̄ ad standū pro masculis et tūc cōuertit̄ in istam. nulla mulier est ciuis mascu lus. Et Ad quintū dico q illa panis est in furno con uertit̄ in istā: ens in furno est panis. Conuersio per accidēs est facere de subiecto p̄dicatū et econuerso manēte eadē qualitate sed mutata quantitate. Et hoc modo dicit auctor cōuertī vniuersalē affirmati uam in particularē affirmatiuā. Unde vniuersalis affirmatiua infert particularē affirmatiuā. exēpluz p̄uersiōis per accidēs. Ois hō est currēs ergo quod dā currēs est hō. et vniuersalē negatiuā in particulare negatiuā ut nullus hō est lapis. ergo qdā lapis nō est hō. Et Sed cōtra hoc arguit̄ q: Ari. p̄ priorum tra ctans de cōuersiōibus dicit vniuersalē affirmatiuā cōuertī in particularē affirmatiuā de vniuersali ne gatiua nullā faciēs mentionē. Et Rūdeo s̄m Seco. xvi. di. p̄mi sentētiarū. q vniuersalis negatiua nō cōuertit̄ in particularē negatiuā. s̄ inferat eā. Ubi sciendū q cōuertī per accidēs est cōuertī per aliud s. per particularem affirmatiuā. Unde q: vniuersa lis affirmatiua infert particularē affirmatiuā: et cō uertit̄ simpliciter particularis affirmatiua in par ticularē affirmatiuā: ideo vniuersalis affirmatiua per accidēs in ipsam cōuertit̄: s̄ autē vniuersalis negatiua inferat particularē negatiuā. quia tñ par ticularis negatiua nō cōuertit̄ simpliciter: ideo vni uersalis negatiua nō ponitur ab Ari. cōuertī per ac cidēs. Et Sed quid dicemus ad auctozē? Pōt dicit̄ q auctor dicit vniuersalē negatiuā cōuertī per acci dens in particularē negatiuā. qz ipsam infert large accipiens conuersionem pro qualibet illatione in terministr̄positis. Sequit̄ enim nullus hō est la pis. ergo nullus lapis est hō per conuersionē simpli cem. et ultra quidā lapis nō est hō: per legē subalter narū. philosophus autē accipit conuersionē magis stricte: qñ. s. aliquid s̄m se in aliud cōuertit̄: sicut in cōuersione simplici: uel per aliud quod conuertit̄ in ipsum: sicut in cōuersione vniuersalis affirmatiue in particularē affirmatiuam per particularē que in ipsam



ipsam conuertitur: ut omnis homo est animal. ergo quidam homo est animal: & ultra. ergo quoddam animal est homo per conuersionem simplicem. & tunc a primo ad ultimum. Omnis homo est animal. ergo quoddam animal est homo per conuersionem per accidens. Et si arguat quod particularis negatiua conuertitur simpliciter in particularem negatiuam. bene enim sequitur quidam homo non est lapis: ergo quoddam lapis non est homo: ergo vniuersalis conuertitur per accidens in ipsam.

Respondeo quod illa consequentia tenet ratione materice & non gratia forme. Unde non ualet in alijs terminis. Non enim sequitur quoddam animal non est homo. ergo quidam homo non est animal.

In conuersione propositionum non quantarum etiam propositionum exceptiuarum reduplicatiuarum & exclusiuarum potest oriri difficultas. Ubi sciendum quod propositiones exceptiue dicuntur ille in quibus ponitur preter nisi & consimiles. ut omnis homo preter sortem currit: equiualeat isti: omnis homo alius a sorte currit & conuertitur in hanc. quoddam currens est homo alius a sorte. uel quoddam currens quod non est sortem. est homo. Propositiones uero reduplicatiue dicuntur ille in quibus ponuntur ille dictiones in quantum: ut scilicet quod & consimiles reduplicatiue sumptae. Ubi sciendum secundum Scotum. iij. q. quolibetorum. quod reduplicatio potest sumi dupliciter. scilicet reduplicatiue & specificatiue. reduplicatiue quidem sumitur quando notat terminum sibi additum esse causam precisam inherente predicati ad subiectum: ut ista. homo in quantum rationalis est risibilis. denotat quod rationalitas est causa precisa risibilitatis. Unde equaleat isti homo quia rationalis est risibilis: & conuertitur in istam aliquid quod in quantum rationale est risibile est homo. Specificatiue sumitur quando non notat talem precisionem cause: sed denotat predicatum non repugnare subiecto considerato sub tali ratione. ut homo in quantum rationalis est albus in quantum specificat quod homini considerato sub ratione rationalitatis non repugnat albedo. est autem bona consequentia a reduplicatiua ad suam preiacentem. Unde bene sequitur omnis homo in quantum rationalis est risibilis. ergo omnis homo est risibilis.

Propositiones autem exclusiue sunt ille in quibus ponuntur iste dictiones tantum solum & consimiles exclusiue sumptae: unde hec dictio solum potest capi dupliciter. vno modo cathegorematice. & tunc tantum ualet sicut solitarius. unde solus sortem. currit equiualeat isti. sortem. solitarius seu alteri in illo loco non associat currit. & sic non sumitur exclusiue. Est enim uera etiam posito quod alij homines currant. Si autem solus sumatur simpliciter cathegorematice tunc facit propositionem exclusiuam. Unde ista solus sortem. currit habet duas exponentes. Sortes currit: & nullus alius a sorte currit. Conuertitur autem exclusiua secundum Scotum. xij. di. primi sententiarum. in vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis: ut ista tantum homo est risibilis conuertitur in istam. omne risibile est homo: quod sic probatur: quia enim ista habeat communiter duas exponentes: tamen intellectus eius potest sufficenter exprimi per hanc. Nullus non homo est risibilis: que conuertitur in istam. Nullum risibile est non homo: & tunc ultra. omne risibile est homo secundum illud secundum peryermenias. Ad negatiuam de predicato infinito sequitur affirmatiua de predicato finito. Hoc autem est uerum de terminis simplicibus & non compositis. Exemplum sit lignum terminus simplex: & lignum album terminus compositus. bene enim se

quit hoc non est non lignum. ergo est lignum. Non autem sequitur demonstrato homine uel equo. hoc non est lignum non album. ergo est lignum album.

Conuersio per contrapositionem est facere de subiecto predicatum & conuerso manente eadem qualitate et quantitate. sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Et hoc modo conuertitur vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua. ut omnis homo est animal: omne non animal est non homo. quidam asinus non est lapis: quidam non lapis non est non asinus. Circa quod notandum quod hec conuersio dicitur per contrapositionem: quia in conuertente & conuersa ponuntur termini contradictorii. scilicet terminus sumptus sine negatione: uidelicet terminus finitus & terminus sumptus cum negatione. id est terminus infinitus. Dicit ulterius auctor quod ex signo quod est in subiecto propositionis conuerse cum eius predicato debet fieri subiectum conuertentis quod habet ueritatem in conuersione simplici & per contrapositionem ubi manet eadem quantitas & non in uersione per accidens ubi mutat quantitas. hanc etiam ueritatem quam propositionis uerse est terminus communis & non singularis: quia termino singulari non potest addi signum. Est autem eadem conuersio particularis indefinite & singularis: quia sicut singularis pro vno supposito uerificatur ita particularis & indefinita. Non sic est de oppositione quia singularis affirmatiua & negatiua contradicunt cum idem asseratur & negetur de eodem supposito. Non sic de particularibus & indefinitis: quia in ipsis subiectum potest supponere pro vno supposito uel pro alio disiunctiue. De conuersionibus autem ponuntur uersus sequentes. Asserit. a. negat. e. sunt uniuersaliter ambe. Asserit. i. negat. o. sunt particulariter ambo. Simpliciter feci conuertitur eua per acci. Aliter per contra sic fit conuersio tota.

De propositione ypothetica.

Propositio ypothetica est illa que habet duas cathegoricas propositiones tanquam principales partes sui. ut si homo currit homo mouetur. Et dicitur ypothetica ab ypos quod est sub et thesis quod est positio quasi suppositio siue suppositiua locutio. quia vna pars eius supponitur alteri. Propositionum ypotheticarum: alia conditionalis: alia copulatiua: alia disiunctiua. Conditionalis est illa in qua coniunguntur due cathegorice per hanc coniunctionem si. ut si sortes currit sortes mouetur. Et illa cathegorica cui immediate proponitur illa coniunctio si dicitur antecedens: reliqua uero consequens. Copulatiua est illa in qua coniunguntur due cathegorice per hanc coniunctionem et: ut sortes currit et plato disputat. Disiunctiua est illa in qua coniunguntur due cathegorice per hanc coniunctionem uel. ut sortes currit uel plato disputat. Ad ueritatem conditionalis exigitur quod antecedens non possit esse uerum sine consequente. ut si homo est: animal est. Unde omnis conditionalis uera est necessaria: & omnis falsa est impossibilis. Ad falsitatem eius sufficit quod antecedens possit esse uerum consequente existente falso. ut si homo est: album est. Ad ueritatem copulatiue exigitur



utranq; partē esse uerā. ut homo est animal: et deus est. Ad falsitatē eius sufficit alterā partē eē falsam. ut homo est aial. et equus est lapis. Ad ueritatē disiunctiue sufficit alterā partem esse uerā. ut homo est aial: uel equus est lapis. tñ pmittitur q; utraq; sit uera: s; nō ita pprie: ut homo est aial uel equus est hinibilis. Ad falsitatem eius exigitur utrāq; partem esse falsam. ut homo est asinus: uel equus est lapis.

**P**ostq; auctor determinauit de propositione cathegorice: hic cōsequenter agit de propositione ypothetica. Est autē propositio ypothetica que habet duas cathegoricas tanq; partes principales sui cōiunctas. s. per aliquā coniunctionē uel per aliquod aduerbiū. **C** Alterius notandū q; sicut in propositione cathegorice subiectū et predicatū se habēt ut materia: copula uo ut forma. sic in ypothetica due cathegorice se habēt ut materia et cōiunctio ipsas cōiungens ut forma. **C** Si arguatur q; propositio ypothetica nō sit propositio: q; qd nō est una propositio non est propositio s; Aristot. libro elencor: sed ypothetica est plures cathegorice. ergo non est propositio. **R**espondeo q; est una ab unitate coniunctionis ipsas cathegoricas unietis. Dicitur autē ypothetica ab ypos quod est sub et thesis positio quasi suppositiua locutio: q; una ponitur sub altera. s. posterior sub prima quā sequitur. Et diuiditur in conditionālē copulatiuā et disiunctiua. De causali uo temporalis et locali nō facit auctor mentionē: q; reducunt ad alias ut uidebitur. **C** Conditionalis est illa in qua cōiunguntur due cathegorice per hanc cōiunctionē si. ut si homo currit homo mouetur. et illa cathegorice cui immediate cōiungitur hec cōiunctio si dicitur antecedēs et alia cōsequēs. **C** Circa qd notandū q; propositio dicitur conditionalis: quia ponit tñ conditionāliter ueritatem sui cōsequētis et nō absolute. uidelicet si antecedēs sit uerū denotādo consecutionē unius propositionis ad aliā: quia uo in causali cōsequens inferit ex antecedēte qd est causa eius: ut quia sol lucet dies est. id potest reduci ad conditionālē. **C** Cōtra hoc arguitur dupliciter. primo sic. Ista est conditionalis. Si asinus uolaret: asinus haberet alas: cū non sit copulatiua nec disiunctiua: et tamē nō coniunguntur due cathegorice. ergo diffinitio propositionis conditionalis nō est bene assignata. **C** Itē ista est conditionalis. Soz. currit ergo soz. mouetur: et tamē nō coniunguntur due cathegorice per notā conditionis si. **R**espondeo ad primū q; ibi possunt esse due cathegorice reducēdo cōiunctiua orationes ad indicatiuas. **C** Ad secundū dico q; l; in illa nō cōiunguntur due cathegorice per hanc cōiunctionē si: cōiunguntur tamē per aliā sibi equiualentē. i. per illā cōiunctionē: ergo que denotat illationē cōsequētis ex antecedēte. **C** Et notandū q; in conditionālī est bona cōsequētia: arguēdo a positione antecedētis ad positionem cōsequētis: uel a destructione cōsequētis ad destructionem antecedētis.

**C** Copulatiua est illa in qua cōiunguntur due cathegorice per hanc cōiunctionē et. uel per aliā sibi equiualentē: ut soz. currit et plato mouet. **C** Est autē differētia inter copulatiuā et de copulato extremo: quia in copulatiua cōiunguntur due cathegorice per hanc

coniunctionē et. In illa uo que est de copulato extremo cōiunctio ponit inter partes subiecti uel predicati: ut soz. est albus et musicus. **C** Ad copulatiuā reducitur tēporalis et localis. Exemplum de tēporali ut soz. currit quando mouetur. i. soz. in aliquo tempore currit et in illo mouetur. Exemplum de locali ut soz. currit ubi mouetur. i. soz. currit in aliquo loco et in illo mouetur.

**C** Disiunctiua est illa in qua cōiunguntur due cathegorice per hanc cōiunctionē uel: seu per aliam sibi equiualentem. ut soz. currit uel plato scribit. **C** Circa qd notandū q; cōiunctio disiunctiua et est cōiunctio et est disiunctiua: inquantū est cōiunctio cōiungit uoces: inquantū autē est disiunctiua disiungit significata. **C** Notandū etiā q; cōiunctio disiunctiua potest poni inter duas propositiones: et sic facit propositionē ypotheticā: uel inter partes predicati et subiecti. et sic est de disiueto extremo: ut soz. uel plato currit. **C** Ad ueritatē conditionalis exigitur q; antecedēs non possit esse uerū sine cōsequēte. Unde omnis cōditionalis uera est necessaria q; cōsequens necessario sequitur ad antecedens.

**C** Ad falsitatē autē eius sufficit q; antecedens possit esse uerū sine cōsequēte. Unde omnis cōditionalis falsa est impossibilis. Impossibile est enim q; si antecedens sit uerū q; illud qd necessario sequitur ad ipsum sit falsum: cum ex uero nō sequatur nisi uerum ex 2<sup>o</sup> prior. **C** Et notandū q; duplex est necessitas. quedā est necessitas cōsequētis. et quedā cōsequēntie. Necessitas cōsequētis est quando cōsequens est in se necessarium: ut homo est risibilis. Necessitas cōsequēntie est quando cōsequēs necessario sequitur ad antecedēs l; utranq; sit contingens in se: ut si homo currit homo mouetur. Et ista necessitas exigitur ad conditionālē. nō autē primā. Unde cōditionalis potest esse necessaria: l; tam antecedens q; cōsequēs sit impossibile: ut si homo est asinus est rudibilis: prima necessitas dicitur necessitas simpliciter: secunda uo s; quid. **C** Ad ueritatem copulatiue exigitur utranq; partem esse ueram: ut homo est animal: et deus est. Cuius causa est quia tota copulatiua se tenet admodū totius integralis: ad cuius positionem requiritur positio cuiuslibet partis principalis eius. **C** Ad falsitatem eius sufficit unam partem esse falsam: sicut destructio partis principalis arguit destructionem totius: ut si paries non sit nec domus est. Ex predictis patet q; a tota copulatiua ad quamlibet eius partē est bona consequentia. **C** Ad ueritatē disiunctiue sufficit alterā partem esse uerā. se enim habet admodum totius uhiuersalis ad cuius positionē sufficit positio unius partis eius subiectiue: ut ad positionem animalis sufficit positio hominis uel equi. **C** Ad falsitatē eius oportet utranq; partes esse falsam. cum enim ad ueritatē eius sufficit ueritas unius partis oportet ad hoc q; sit falsa q; utraq; pars eius sit falsa.

**De equipollentijs.**

**S**equitur de equipollentijs de qb<sup>9</sup> danē tales regule. **P**rima est q; si alicui signo uniuersali uel particulari preponatur negatio equipollent suo contradictorio. ut iste equipollent. Non omnis homo currit et quidam homo non currit. **S**ecunda regula est q; si alicui



alicui signo vniuersali postponatur negatio equipollet suo contrario ut iste due equipollet, omnis homo non currit nullus homo currit. Tertia regula est qd si alicui signo vniuersali uel particulari pponatur & postponatur negatio equipollet suo subalterno ut iste due equipollet non omnis homo non currit quidam homo non currit. uel non nullus homo non currit quidam homo non currit. & dicte regule in his uersibus continentur. vñ vsus. Idre contra dic post cōtra pre postq subalter. Non omnis: quidam non: omnis non: quasi nullus. Non nullus quidam: sed nullus non: ualet omnis. Non aliquis nullus: non quidam non ualet omnis: Non aliter neuter. neuter non prestat uterq. Ex istis regulis inferitur regula que talis est. si duo signa vniuersalia negatiua ponantur in eade locutione ita qd vnus sit in subiecto & reliquū in predicato: equipollet suo cōtradictorio ut nihil est nihil equipollet huic: quodlibet est aliquid: quia per secundam regulam: nihil nō & quodlibet: equipollēt: sicut omnis nō & nullus: & per primam regulam non nihil & aliquid equipollēt: sicut non nullus & quidam & sic due prime sunt equipollentes.

**C**irca qd notandū qd equipollētia est equiualentia duarū propositionum in quātitate & qualitate: ueritate & falsitate mediāte signo per aduentū negationis. Et dicitur de equipolles qd idem est qd equiualeo es. & ponunt tres regule. prima est ista. Si alicui signo tam vniuersali qm particulari preponatur negatio equipollet suo contradictorio. i. propositiones que prius erāt cōtradictorie equipollebūt: ut iste sunt cōtradictorie: omnis homo currit: & quidā homo non currit: preponatur negatio vni earū equipollebūt. ut nō omnis homo currit equipollet huic quidā homo nō currit. Causa huius regule est quia negatio negans est talis nature qd quicquid post se inuenit destruit & eius oppositū ponit. Unde negat qualitātē & quantitātē. Si enim inueniat propositionē vniuersalē facit ipsam particularē & eōuerso. Si inueniat propositionem affirmatiuā facit eam negatiuā & eōuerso. & sic negatio proposita signo facit propositiones prius repugnantes in qualitate & quantitate esse eiusdem qualitatis & quantitatis. & sic facit propositiones que prius erant contradictorie equipollere. Ex predictis patet qd due negationes equiualent vni affirmationi. Negatio enim negās vnū oppositū ex cōsequenti ponit aliud. & sic negatio negans negationē ex cōsequenti ponit affirmationē. Ad sic est aut de duabus affirmationibus. Natura enim affirmationis nō est destruere sed ponere. & ideo affirmatio addita affirmationi ipsam fortificat: quia due affirmationes nō equiuallēt vni negationi: sicut due negationes vni affirmationi.

**C**ontra predicta arguitur & videt qd negatio nō debeat addi signo: quia aduerbiū habet determinare uerbū: sed negatio est aduerbiū: ergo debet determinare uerbū & nō signū. probatur maior per p̄i-

scianum dicentē qd aduerbiū est vim uerbi adiectiuum. **C** Respondeo qd aduerbiū primo & per se habet determinare uerbū. secūdo autē & ex cōsequenti potest determinare nomē. & sic potest addi signo. **C** Si arguitur per Ari. p̄mo pervermenias dicentem qd negatio nō debet addi signo. **C** Dico qd loquitur de negatione infinitante: & nō de negatione negante: quia uidelicet signū non est infinitabile cū per se nihil significet. **C** Secūda regula talis est qd si alicui signo vniuersali postponatur negatio equipollet suo cōtrario. i. facit propositiones que prius erant contrarie equipollere: ut iste sunt contrarie: omnis homo currit & nullus homo currit. postponatur negatio subiecto vnius illarū equipollebunt ut omnis homo nō currit: & nullus homo currit equipollet. Causa huius regule est quia contrarie sunt eiusdem quantitatis: & differūt solum in qualitate. Negatio igitur postposita subiecto non mutat quantitātē: cum nō agat ante se: quia vō cadit supra copulam: mutat qualitātē: & sic sunt eiusdē qualitatis & per cōsequens equipollēt. **C** Sed cōtra hoc arguitur sic in istis. omne currens mouetur. & nullum nō currens mouetur est negatio postposita signo vniuersali: & tamē non equipollēt cū prima sit uera & secunda falsa. **C** Respondeo qd negatio debet poni post signū. i. post subiectū qd per signū denotatur ut cadat super copulā: nō sic est in proposito: qd illa negatio nō que precedit ly currens solū cadit super terminū quē infinitat. **C** Tertia regula est si alicui signo vniuersali & particulari preponatur & postponatur negatio equipollet suo subalterno: id est facit propositiones que prius erant subalterne equipollere: ut iste sunt subalterne omnis homo currit: et quidam homo currit: preponatur & postponatur negatio subiecto vnius illarū equipollebūt. ut non omnis homo nō currit equipollet huic. quidā homo currit. causa huius regule est qd subalterne sunt eiusdē qualitatis & diuerse quantitatis: quia igitur vna negatio negat aliā remanet eadem qualitas. Negatio autem precedēs signū mutat quantitātē & sic equipollēt cū sint eiusdē qualitatis & q̄titatis. **C** De equipollentijs subcōtrariarū non dat aliqua regula: quia satis est euidens qd si postponatur negatio subiecto particularis affirmatiue equipollebit particulari negatiue seu erit idem cum ipsa. **C** Ex premissis inferit auctor quartā regulam que talis est. Si duo signa vniuersalia negatiua ponantur in eadē locutione. vnū a parte subiecti & aliud a parte predicati. primū equipollet suo contrario: et secundū equipollet suo cōtradictorio: cuius causa est quia negatio secūdi signi postponitur primo signo: & sic facit ipsum equipollere suo contrario per secundā regulam: & negatio primi signi preponitur secūdo signo: & sic per primam regulā facit ipsum equipollere suo cōtradictorio. vnde nihil est nihil tñ v3 sicut quodlibet est aliquid. **C** Cōtra hoc arguitur quia hec est negatiua nihil est nihil cum vna sola negatio precedat copulā: alia autē est affirmatiua. ergo non equipollēt. **C** Respondeo qd lz negatio inclusa in secūdo nihil sequatur copulam sm situm termino: tamen intelligitur precedere quantum ad sensum orationis. vnde secūdū nihil debet erponi pro non & per aliquid. & est sensus nihil est nihil: id est nihil non est aliquid. ponitur autem secūda a parte predicati eo qd includit in se terminū sue distributionis quod est predicatum eiusdē p̄dūis



Ad hoc confert illud secundi per yermenias: qd scilicet ad negatiua de predicato infinito sequit affirmatiua de predicato finito. De equipollentis sunt tales vsus. ¶ Pre contra dic post contra pre postqz subalter. Non omnis quidam non: omnis non quasi nullus. Non nullus quidam: sed nullus non ualet omnis. Non alter neuter: neuter nō pen fat utrunqz. Non aliquis nullus: non quidam non ualet omnis.

## De modalibus.

**M**odus est adiacens rei determinatio et habet fieri per adiectiuum. sed duplex est adiectiuū. Quoddam est adiectiuum nominis. ut albus niger et similia. Aliud est adiectiuum uerbi. ut aduerbia. Secundum enim Priscianū aduerbiuz est vim uerbi adiectiuū. Et ideo duplex est modus. vnus nominalis qui fit per adiectiuum nominis. Alius adverbialis qui fit per aduerbium. ut homo currit uelociter. Item aduerbiorum quedam determināt uerbum gratia compositionis ut ista ser necessario contingēter possibiliter impossibiliter uero et falso. Alia determināt uerbum gratia rei uerbi ut fortiter agit uelociter currit. Alia determināt gratia temporis ut hodie cras et alia aduerbia temporalia. Alia aduerbia determinant ratione modi. ut aduerbia optandi hortādi. et sic sumit simpliciter modus per aduerbia. Sed omissis omnibus alijs solum nunc de illis dicēdum est qui compositionem determinant ut sunt necessario contingenter et cetera. Cum enim dicitur homo necessario sedet: significatur qd compositio sessionis cum homine sit necessaria. Sed cū dicitur homo bene currit uel uelociter significatur qd cursus hominis sit uelox uel bonus. et in ista determinatur res uerbi. in prima vō compositio. Unde solum illi modi qui compositionem determinant faciunt propositionem modalem ideo de talibus solum modo hic intēdimus. Et sumuntur quandoqz predicti modi nominaliter. ut possibile impossibile contingens necessarium uerum et falsum. quādoqz adverbialiter: ut possibiliter impossibiliter necessario cōtingenter uero et falso.

**P**ostqz auctor determinauit de propositionibus de inesse: hic cōsequenter determinat de modalibus. ¶ Circa qd notandū qd propositiones de inesse dicuntur ille que sunt de simplici inherētia predicati ad subiectū. In quibus uidelicet predicatum simpliciter dicitur de subiecto absqz aliquo modo ut homo est animal. Modales vō dicuntur ille que sunt de inherētia modificata: seu determinata per aliquē modū: ut homo necessario est animal: per quā denotatur animalitatem non solum inesse homini sed etiam de necessitate. ¶ Item notandū qd modus sumitur multipliciter. Aliquādo enim sumitur pro manerie uel mensura

uel temperamēto. Sumitur enim pro ordinatiōe duarū propositionū: ut in syllogismis habetur. Sumitur etiā prout est accidēs uerbi: ut indicatiu<sup>9</sup> modus. In proposito autē sumitur pro determinatiōe: et sic modus est determinatio adiacēs rei determinabili: ut cū dicitur homo albus ly albus est quidā modus determinās ly homo ad standū pro hominibus albis: importās qz albedinē adiacentē seu inherentem hoī. Et ponitur hic determinatio tanqz genus ad determinatiōē factā per inferius additum superiori: ut dicēdo animal homo: et per adiectiuū seu per modū. Et ideo ponitur adiacens rei tanqz differentia. quia ergo modus est determinatio adiacēs rei determinabili. Modus est determinatio facta per adiectiuū ita qd in proposito modus et adiectiuū sumuntur pro eodē. ¶ Est autē duplex adiectiuū: quoddā nominis ut albus niger: et quoddam uerbi ut bene male. fm enim Priscianū aduerbiū est vim uerbi adiectiuum: quia. s. vim uerbi determinat. sic duplex est modus. vnus nominalis qui fit per adiectiuū nominis. alius adverbialis qui fit per adiectiuū uerbi: qui potest dici adverbialis: quia est aduerbiū: et uerbalis quia determinat uerbū. ¶ Notandū insuper qd uerbiuz designat compositionē predicati cum subiecto. Item ipsam rem importatā per uerbum significat: sicut curro significat cursum. Connotat etiam tēpus et modum: sicut curro est presentis tēporis et indicatiui modi. et fm hoc ponit auctor quatuor modos vales. quidam enim adverbialiter determinat uerbū gratia compositionis: ut illa ser: necessario cōtingēter possibiliter impossibiliter uero et falso. Cum enim dicitur homo currit necessario significatur qd compositio cursus cum homine sit necessaria. De istis autē est presens intētio quia sola illa faciunt propositionem modale. Alia determinant uerbum gratia rei uerbi: ut cum dicitur homo currit uelociter: denotatur qd cursus hominis sit uelox. non autē ipsa compositio. Alia determināt uerbiuz ratione temporis: ut aduerbia temporalia. alia ratione modi: ut aduerbia optandi et hortandi. ¶ Circa qd notandum qd alia aduerbia de quibus non fit hic mentio reducuntur ad aliquod predictōrū: ut aduerbia loci et numeri cōtinentur sub aduerbijs determinantib<sup>9</sup> uerbum gratia rei uerbi. ut cum dicitur ser. currit bis ly bis non determinat uerbū gratia numeri singularis qui est modus significandi uerbi: s; gratia rei uerbi importate per uerbū. s. ipsius cursus. ¶ Si queratur quare non ponunt aduerbia determinantia uerbum gratia figure generis et ceterorū accidētium: sicut ponunt ratione modi et tēporis. Respōdeo qd cetera accidentia conueniunt alijs a uerbo: nec sunt ei ita propria sicut tēpus et modus. Sumuntur autē illi ser modi quādoqz nominaliter: ut possibile impossibile necessarium et contingēs uerum et falsum. aliquādo adverbialiter ut possibiliter impossibiliter contingenter et necessario uero et falso.

**P**ropositio modalis est illa que determinatur aliquo istorum ser modorū possibile impossibile contingens necessarium uerum et falsum. ut fortem currere est possibile: et sic de alijs. Et in istis modalibus uerbum debet subici: modus autem predicari. Omnes autem alie propositiones que non



non determinatur per illos sex modos dicuntur de inesse. Sed adhuc ille propositio nes que modificatur his modis: uero & falso ad presens relinquuntur. quia in illis eodem modo sumuntur oppositio & conuenientia: sicut in illis de inesse. In illis autem de his quatuor modis possibile impossibile contingens et necessarium alio modo sumitur oppositio equipollentie uel conuenientie ut postea patebit. Sciendum autem quod quilibet istorum quatuor modorum. quatuor facit propositiones modales: ideo cum modi sint quatuor quater quatuor erunt propositiones: & sic erunt sexdecim: uerbi gratia. Iste modus possibile si sumatur sine negatione facit unam propositionem modalem: ut forte currere est possibile. Si autem sumatur cum negatione lata ad uerbum facit secundam ut fortem non currere est possibile. Si uero cum negatione posita ad modum facit tertiam. ut forte currere non est possibile. Si cum negatione posita ad uerbum & ad modum facit aliam: ut fortem non currere non est possibile. Et hoc modo secundum unum quodque aliorum modorum sumuntur quatuor propositiones modales.

Inde determinat auctor quid sit propositio modalis dicens quod est illa que determinatur aliquo istorum sex modorum: ut possibile est forte currere. necesse est forte currere: & sic de alijs. Circa quod notandum quod propositio modalis potest sumi large & stricte. si sumatur large tunc quelibet propositio potest dici modalis in qua ponitur modus determinans compositionem. et sic propositiones in quibus ponitur uerum & falsum dicuntur esse modales. Stricte autem sumpta propositio modalis exigit quod non solum in ea ponatur modus determinans compositionem: sed tales modi secundum quos potest sumi oppositio secundum quatuor genera oppositionum uarijsque modi consequentiarum per subalternationem & negationis oppositionem: ut in sequentibus videbitur. Et sic tantum isti quatuor modi possibile impossibile contingens & necessarium faciunt propositionem modalem. In alijs autem non sic sumitur oppositio & consequentia a parte modi: sed bene a parte dicti: sicut in illis de inesse. Deham tamen ponit plures alios modos secundum quos possunt sumi oppositioes & consequentie: ut scibile demonstrabile dubitabile indemonstrabile opinabile inopinabile. & sic de multis alijs de quibus Aristoteles breuitati studens non fecit mentionem: quia ex his que de istis quatuor dicuntur potest concipi quid sit dicendum de alijs non famosis. Diuidit deinde auctor propositionem categoricam in propositionem modalem & in propositionem de inesse: dicit etiam quod in modalibus uerbum debet subici modus autem predicari. Circa quod notandum quod per uerbum intelligit uerbum infinitiui modi cum actio quod etiam uocatur dictum quod quidem debet subici: modus autem predicari: non quantum ad situm terminorum: ut patet in exemplis auctoris positus: in quibus sepe modus a par-

te subiecti ponitur. Non accipit itaque subici in proposito pro subiecto propositionis: sed pro ratione determinabilis. Dictum enim affirmatiuum uel negatiuum: quod ab Aristotele dicitur esse uel non esse est determinabile. Modus autem est determinatio ipsum dictum determinans. & sic esse & non esse dicuntur subiectiones & modi appositiones. Notandum insuper quod propositio modalis potest capi dupliciter: uel in sensu composito uel in sensu diuiso. ut ista possibile est sedentem ambulare. uel ista: sedens potest ambulare. In sensu enim compositio nis per se extremum est homo uel persona sedens consideratus sub illa determinatione sedens. Et ille sensus est falsus: quia tunc idem posset esse simul sedens & ambulans. In sensu enim diuisionis sunt due categorice. & in una categorica enunciat tur de persona aliqua esse sedens & in alia posse ambulare. & illa duo sunt uera de eodem subiecto: ut forte est sedens: & forte potest ambulare: non tamen ita quod simul esse possint opposita. Unde sensus est quod ille qui est sedens habet potentiam ad ambulandum. Hoc modo exponitur a Scotto: illa predestinatus potest damnari di. xl. pmi sen. Que in sensu composito est falsa: & in sensu diuiso uera: ut ibidem diffuse declaratur.

Tractat consequenter auctor de qualitate modalium. Circa quod dicit quod quilibet modus facit quatuor propositiones modales. ut iste modus possibile si sumatur sine negatione lata ad modum & ad uerbum infinitiuum erit propositio affirmatiua tam de dicto quam de modo ut forte currere est possibile. Si uero negatio sumatur tamen ante uerbum infinitiui modi erit negatiua de dicto. ut forte non currere est possibile. Si uero negatio preponitur tamen ad modum erit negatiua de modo: ut forte currere non est possibile. Si uero negatio preponatur utriusque erit negatiua tam de dicto quam de modo. ut forte non currere non est possibile. Circa quod notandum quod ista modalis possit dici negatiua in qua dictum negatur secundum Aristotelem in libro priorum. principaliter tamen dicitur negatiua ex parte modi negati a quo ipsa propositio dicitur modalis.

De quantitate uero ipsarum notandum quod ex parte dicti possit sumi quantitas: sicut in illis de inesse. Ex parte tamen modi necesse se habet sicut omnis & possibile uel contingens. Sicut quidam. unde sicut ad omnis sequitur quidam per legem subalternarum: sic ad necesse sequitur possibile. Impossibile autem se habet sicut nullus: & possibile non sicut quidam non. unde sicut ad nullus sequitur quidam non: sic ad impossibile sequitur possibile non: ut ad ista impossibile est forte currere. sequitur ista possibile est forte non currere. propositiones igitur de necessario & impossibili sunt uniuersales ex parte modi. propositiones uero de possibili & contingenti sunt particulares. Et sciendum quod contingens potest sumi multipliciter: ut patet per Aristotelem in primo libro posteriorum. uno modo contingens sumitur pro possibili: ut in proposito. & tale potest dici contingens altum seu superius: quia est quasi genus ad alia contingentia. & tale contingens opponitur impossibili & non necessario. unde tale contingens uel possibile dicitur cui non repugnat esse. & diuiditur in contingens necessarium. ut omnem hominem contingit esse animal. & in contingens non necessarium: quod potest dici contingens ad utrumque: ut hominem



contingit ambulare. & tale est nec est necessarium nec impossibile. Et subdividitur in contingens natum & contingens infinitum. dicitur autem contingens natum quod magis se habet ad esse quam ad non esse: tamen impediri potest: ut hominem canescere in senectute: quod potest impediri: vel quia non erit senex: vel etiam quia si sit senex poterit non canescere. Contingens vero infinitum est quod non magis se habet ad esse quam ad non esse: ut hominem ambulare.

**De consequentijs.**

**A**rum autem propositionum modalium equipollentie quatuor regulis cognoscuntur. quarum prima est cuiusque dicto affirmato attribuitur possibile: eidem attribuitur contingens: & ab eodem dicto remouetur impossibile: & ab eius contradictorio opposito remouetur necesse. ut sorte currere est possibile: sorte currere est contingens: sorte currere non est impossibile: sorte non currere non est necesse. Secunda regula est cuiusque dicto negato attribuitur possibile: eidem attribuitur contingens: & ab eodem remouetur impossibile: & ab eius dicto contradictorio opposito remouetur necesse: ut sorte non currere est possibile: sorte non currere non est contingens: sorte non currere non est impossibile: sorte currere non est necesse.

**T**ertia regula est a quocumque dicto affirmato remouetur possibile ab eodem dicto remouetur contingens & eidem attribuitur impossibile & eius contradictorio opposito attribuitur necesse: ut sorte currere non est possibile: sorte currere non est contingens. sorte currere est impossibile. sorte non currere est necesse.

**Q**uarta regula est a quocumque dicto negato remouetur possibile ab eodem remouetur contingens & eidem attribuitur impossibile & eius contradictorio opposito attribuitur necesse. ut sorte non currere non est possibile: sorte non currere non est contingens: sorte non currere impossibile: sorte currere est necesse. Istarum autem regularum exempla disponuntur in quatuor lineis siue ordinibus figure sequentis que possunt per hos versus denotari.

**P**rimus amabimus edentulique secundus.

**T**ertius yliace: purpurea reliquus.

**D**estruit. u. totum. sed. a. confirmat utrunque

**D**estruit. e. dictum: destruit. i. q. modum.

**O**mne necessariat impossibile quasi nullus.

**P**ossibile quidam non possibile quidam non

**E**dictum negat. i. q. modum: nihil. a. s. u. totum.

**&** hec patent in figura sequenti. Omnes

autem propositiones que sunt in prima linea equipollent per primam regulam & conuertuntur inter se. que vero in secunda per secundam. que in tertia per tertiam. et que in quarta per quartam. Item equipollentie uel consequentie modalium possunt haberi per hanc regulam.

**O**es propositiones de possibili & impossibili equipollent uerbo similiter se habente & modo dissimiliter. Et omnes de impossibili & necessario equipollent uerbo dissimiliter se habente & modo dissimiliter: sed omnes propositiones de possibili & necessario equipollent uerbo & modo dissimiliter se habentibus. Et intelligitur modus similiter aut dissimiliter se habere quantum ad affirmationem & negationem: ut dicatur se habere similiter cum affirmatur in utraque uel in utraque negatur. Dissimiliter autem quando affirmatur in una & negatur in alia & eodem modo intelligendum est de uerbo sicut dictum est de modo. Et sciendum est quod in predicta regula non facimus mentionem de contingenti eo quod contingens conuertitur cum possibili. Unde idem est iudicium de propositionibus utriusque. exempla autem querantur in figura disposita per quatuor ordines: quia ista regula generalis est ad omnes.

**Q**ue consequenter auctore determinat de consequentijs & equipollentijs modalium. Dicuntur autem equipollentie consequentie: quia una sequitur ad aliam: & de his ponuntur quatuor regule. **P**ro cuius euidencia notandum quod per attribui intelligitur affirmari: per remoueri intelligitur negari. dictum etiam affirmatiuum dicitur esse uerbum infinitiui sumptum cum actio sine negatione: ut sorte currere uel esse currentem. et dictum negatiuum dicitur non esse: ut sorte non currere: uel non esse currentem. **I**tem notandum quod iste quatuor regule. & per consequens tota figura scribi possunt per has quatuor dictiones: amabimus: edentuli: yliace: purpurea. prima deseruit prime regule: secunda secunde: tertia tertie: quarta quarte. Et sunt in qualibet dictione quatuor uocales seruantes quatuor propositionibus cumlibet regule. ita quod per primam intelligitur prima propositio: per secundam secunda: per tertiam tertia: per quartam quarta. **I**tem per. a. intelligitur quod propositio intellecta per illam uocalem est affirmatiua tam de dicto quam de modo. per. u. negatiua tam de dicto quam de modo. per. e. negatiua de dicto. per. i. negatiua de modo. versus. **D**estruit. u. totum sed. a. confirmat utrunque. **D**estruit. e. dictum denegat. i. q. modum. **H**is premissis regule sunt euidentes: quarum prima talis est: quod cuiusque dicto affirmato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens: & ab eodem remouetur impossibile: & ab eius contradictorio opposito remouetur necesse: ut possibile est sorte currere. ergo contingens est sorte currere: quia possibile & contingens in opposito sumuntur pro eodem. Et ultra sequitur non impossibile est sorte currere. Quia enim possibile & impossibile contradicant: sicut nullus & quidam equipollentur proponendo negationem vni illorum iuxta regulas



regulas equipollentiarum, bene ergo sequitur possibile est for. currere, ergo non impossibile est for. currere. Et ulterius sequitur, non necesse est for. non currere. Quod ex hoc patet quia necesse et possibile opponuntur subalterne, sicut omnis et quidam. Equipollentibus ergo proponendo et postponendo sunt regulas equipollentiarum. Et sic possibile est for. currere et non necesse est for. non currere possibile eidem attribuitur equipollent. ¶ Secunda regula talis est cuiusque dicto negato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens ab eodem remouetur impossibile et ab eius contra dictorio opposito remouetur necesse: ut possibile est non esse: contingens est non esse: non impossibile est non esse: non necesse est esse. Ista regula de consequentibus potest patere per ea que dicta sunt: proponendo et postponendo negationes modis: sicut fit in signis secundum regulas equipollentiarum: et ista applicatio magis ualet ponendo modum a parte subiecti quam a parte predicati secundum conformitatem ad signa. ¶ Tertia regula est a quocumque dicto affirmato remouetur possibile ab eodem remouetur contingens: eidem attribuitur impossibile: et eius contradictorio opposito attribuitur necesse: ut non possibile est esse: non contingens est esse: impossibile est esse: necesse est non esse. ¶ Quarta regula est ista a quocumque dicto negato remouetur possibile ab eodem remouetur contingens eidem attribuitur impossibile: et eius contradictorio opposito attribuitur necesse. Exemplum non possibile est non esse: non contingens est non esse: impossibile est non esse: necesse est esse. ¶ Et sciendum quod omnes propositiones que sunt in prima linea equipollent per primam regulam: et que in secunda per secundam: et que in tertia per tertiam: et que in quarta per quartam. ¶ Circa quod notandum quod in figura sequenti sunt quatuor linee circulares: et hec est figura composita ad similitudinem figure propositionum de inesse: ut pateat oppositio modalium per conformitatem ad illas de inesse: ita quod in prima linea superiori ponuntur uniuersales affirmatiue. In secunda uniuersales negatiue. in prima uero linea inferiori ponuntur particulares affirmatiue: in secunda particulares negatiue. prima autem linea in proposito dicitur prima linea inferior: quia in ea ponuntur propositiones prime regule. secunda uero linea est secunda inferior: quia in ea ponuntur propositiones secunde regule. tertia uero linea dicitur secunda superior: quia in ea ponuntur propositiones tertie regule. et quarta linea dicitur prima superior: quia in ea ponuntur propositiones quarte regule. ¶ Notificat insuper auctor equipollentias modalium per unam aliam regulam trimembrem dicens quod omnes propositiones de possibili et impossibili equipollent uerbo similiter se habere: modo autem dissimiliter: et intelligitur per uerbum ipsum uerbum infinitiui modi: quod similiter se habet quando in utraque affirmatur: uel in utraque negatur. Dissimiliter se habet quando affirmatur in una et negatur in alia. et idem dicendum est de modo. Causa huius prime partis regule est quod possibile et impossibile contradicunt: sicut quidam et nullus. Sicut ergo proponendo negationem signo contradictorie equipollent in illis de inesse per primam regulam equipollentiarum sic in proponendo modo. Negatur enim quantitas et qualitas cum negatio cadat supra modum et super copulam principaliter uenientem modo dicitur. unde iste equipollent. possibile est esse non impossibile est esse. ¶ Secunda pars huius regule est

quod omnes propositiones de impossibili et necessario equipollent modo similiter se habente: et uerbo dissimiliter. Unde iste equipollent. impossibile est esse necesse est non esse. cuius causa est quod necesse et impossibile contrariantur sicut omnis et nullus. sicut ergo per secundam regulam equipollentiarum negatio postposita facit equipollere contrarias in illis de inesse: sic in istis negatio postposita ad uerbum infinitiui modi: cum neget solam qualitatem dicti: non autem negat quantitatem modi: cum actus eius terminetur in ipsa compositione partium dicti: nec transit usque ad modum. ¶ Tertia pars huius regule est quod omnes propositiones de possibili et necessario equipollent modo et uerbo dissimiliter se habentibus: cuius causa est: quia necesse et possibile se habent subalterne: sicut omnis et quidam. sicut ergo proponendo et postponendo negationem subalterne equipollent in illis de inesse per tertiam regulam equipollentiarum sic in proposito. Unde iste equipollent. possibile est esse: non necesse est non esse.

Item propositionum modalium alie sunt contrarie. alie subcontrarie. alie contradictorie alie subalterne. unde quartus ordo et tertius contrariantur siue propositiones posite in tertia et quarta lineis. Primus ordo et secundus subcontrariantur. Primus ordo et tertius contradicunt et similiter secundus et quartus. sed primus ordo subalternatur quarto et similiter secundus tertio.

¶ Inde agit auctor de oppositione modalium ex parte modi dicens quod alique sunt contrarie: alique subcontrarie: alique contradictorie et alique subalterne. quartus ordo et tertius contrariantur. scilicet propositiones ordinate in tertia et in quarta linea: ut patet per hunc uersum. Tertius est quarto semper contrarius ordo. hoc patet sic: quia uniuersalis affirmatiua et uniuersalis negatiua contrariantur. Omnes autem propositiones quarti ordinis sunt uniuersales affirmatiue de modo. Equivalent enim isti. necesse est esse. et omnes de tertio ordine sunt uniuersales negatiue. Unde equivalent isti: impossibile est esse. et sic contrariantur. Primus autem ordo et secundus subcontrariantur. unde uersus. Sic etiam linea subcontraria prima secunde. hoc modo patet quia particularis affirmatiua et particularis negatiua subcontrariantur. Omnes autem propositiones primi ordinis sunt particulares affirmatiue. unde equivalent isti. possibile est esse. Et omnes secundi ordinis sunt particulares negatiue. unde equivalent isti. possibile est non esse: quia subcontrariantur. Item primus contradicit tertio se enim habent sicut particularis affirmatiua et uniuersalis negatiua. secundus etiam contradicit quarto cum se habeant ut particularis negatiua et uniuersalis affirmatiua. unde uersus. Tertius est primo contradictorius ordo. pugnat cum quarto contradicendo secundus. Item prima linea subalternatur quarte. habent enim se sicut particularis affirmatiua. et uniuersalis affirmatiua. et secunda subalternatur tertie cum propositiones posite in tertia sint uniuersales negatiue. unde uersus. Prima subest quarte uice particularis habens se. Hac habet ad seriem se lege secunda sequentem.



Et notandum qd contingens sequatur ad ne-  
cesse prout contingens conuertitur cum possibili: et  
est superius ad necesse: sicut animal sequitur ad ho-  
minem: accipiendo tamen contingens pro illo qd  
potest non esse non sequitur ad necesse: imo sibi re-  
pugnat. hec de modalibus.

Necesse. 4<sup>o</sup> ordo  
Purpurea

Impossibile. 3<sup>o</sup> or-  
do Yliace.

nō possibile est nō  
esse non cōtingēs  
est non cōpossibi-  
le est non esse. ne-  
cesse est esse

Cōtrarie

nō possibile est cē:  
non cōtingens est  
cē impossibile est  
cē necesse est non  
esse.

Subalterne

Contra

subalterne

Subalterne

propre

dictorie

primus ordo  
ambimus

secundus ordo  
edentuli

possibile est cē. cō-  
tingēs est esse. nō  
impossibile est cē:  
non necesse est nō  
est cē. possibile

Subprie

possibile est nō cē:  
contingens est nō  
essenon impossibi-  
le est non cē. neces-  
se est esse. ptingēs

De predicabilibus.

**P**redicabile quandoq; sumit proprie quāq; cōiter. Et sic dicitur p̄di-  
cabile qd de plurib<sup>9</sup> uniuoce p̄di-  
catur ut homo de sorte et de plato-  
ne et sic de alijs. Quandoq; sumitur commu-  
niter et sic dicitur p̄dicabile quod de vno so-  
lo siue de plurib<sup>9</sup> predicatur uniuoce: uel eq-  
uoce ut homo de sorte uel de platone. Unde  
predicabile proprie sumptum et uniuersale  
idem sunt secundum rem. tamen differunt se-  
cundum rationes: quia uniuersale diffinitur  
per esse in: predicabile vō per dici de. Est au-  
tem predicabile quod aptum natum est dici  
de pluribus. Uniuersale autem quod aptum  
natum est esse: in pluribus.

**I**c auctor incipit agere de predicabilibus si-  
ue uniuersalibus. Ad cuius euidētiam di-  
uidit ipsum predicabile in predicabile pro-  
prie sumptum et communiter. predicabile proprie  
sumptum est aptum natum dici de pluribus un-  
iuoce. predicabile vō cōmuniter sumptum est quod  
de vno solo uel de pluribus predicatur. De predi-  
cabili vō proprie sumpto est presens intētio: quod  
est idem qd uniuersale secundum rem differens:  
tamen s̄m rationem. Ratio enim predicabilis su-  
mitur ab hoc quod est dici de pluribus. Ratio vō  
uniuersalis per hoc quod est esse in multis. uniuers-

fale enim dicitur quod est aptum natum esse in plu-  
ribus. **P**ro quo notandum qd uniuersale cui sit  
vnum concretum potest capi tripliciter. vno mo-  
do pro se significato qd est uniuersalitas et secū-  
da intentio: que scilicet est quedam relatio ratiōis  
in predicabili ad illud de quo est predicabile: et hūc  
respectum rationis significat hoc nomen uniuersa-  
le pro illo quod denominatur ab ista intentione un-  
iuersalitatē: que est aliqua res prime intentionis. Et  
sic ipsa natura que est in singulari dicitur vlt: in cō-  
creto sicut vltas in abstracto. alio modo sumit un-  
iuersale: quatenus nō est de se hec. tertio modo pro ag-  
gregato ex re prime intentionis et secunde. Quod  
autem hic dicitur de hoc termino uniuersale potest  
similiter dici de alijs terminis secunde intentionis  
singendo etiam ipsis abstracta: ut genus significat  
secundam intentionem in cōcreto et generalitas in  
abstracto: et sic de alijs. **N**otandum insuper qd li-  
cet ipsa natura que est in aliquo singulari sit ita cō-  
munis qd sibi nō repugnat esse in alia singularitate  
quantum est de se: sibi repugnet ut facta propria  
isti per indiuidualem differentiam ipsam contra-  
hentem: non tamen ita communis est qd sit in po-  
tentia propinqua qd predicetur de multis actu. Un-  
de ipsa natura sibi non sit in re sine singularitate: ta-  
men de se non includit singularitatem nec uniuersa-  
litatem. Equitas enim s̄m Zuiicē. est t̄m equi-  
nitas: nec est vna nec plures: hoc est nec icindit quā-  
tum est de se unitatem singularitatis nec pluralita-  
tem uniuersalitatē. hoc tamen non obstante: cui  
omne ens sit vnum ipsa natura habet propria vni-  
tatē que est eius passio. Hec est unitas maior: vni-  
tate uniuersali: et minor: unitate numerali: quod sic  
potest probari. Simile et equale fundantur super  
vnum ex 5<sup>o</sup> metaphysice: sed nullo intellectu eri-  
sente est realis similitudo albi ad album s̄m albe-  
dinem. ergo aliqua realis unitas est proximū fun-  
damentum huius ratiōis realis: quia relatio re-  
alis non fundatur super ens rationis formaliter.  
Non est autem hec unitas numeralis: patet: quia  
hoc album et illud non sunt vnum numero. quia ni-  
hil vnum numero est simile sibi ipsi. ergo est aliqua  
alia realis unitas. Itē si ois unitas realis est nume-  
ralis. ergo omnis diuersitas realis erit numeralis  
consequens est falsus. ergo et antecedens probatio  
consequentie. quia vnum et multa idem et diuer-  
sum sunt opposita ex quarto metaphysice. Totiēs  
autem dicitur vnum oppositorum: quotiens reli-  
quum primo thopicorum. falsitas cōsequentis pa-  
tet quia sic t̄m differret sor. a platone quantum dif-  
ferunt a brunello. et tunc intellectus non posset ab-  
strahere a sorte et platone aliquod commune ma-  
gis qd a sorte et brunello: et tunc quodlibet uniuersa-  
le esset purum figmentum: quod est absurdum.  
Cum ergo ipsa natura sit vna unitate minori qd sit  
unitas numeralis: sequitur qd ipsa de se non sit sin-  
gularis: Et sic uniuersale est aliquid in re. **S**ed  
contra hoc arguitur tripliciter. primo sic. **I**ntel-  
lectus agens s̄m commentatorem facit uniuersa-  
litatem in rebus. ergo uniuersale non est preter ope-  
ratiōem intellectus. **I**tem s̄m Boetii de unita-  
te et vno. Omne qd est ideo est: qz vñ numero est.  
ergo ipsa natura de se est singularis. **I**tem Ari-  
sto. dicit septimo metaphysice qd substantia cuiusli-  
bet rei est propria rei cuius est et non inest alteri sed  
ipsa natura est substantia cuiuslibet rei. ergo nō est



communis sed propria.

¶ Pro responsione ad ista argumenta. Notandum primo quod esse in intellectu potest capi dupliciter, vno modo subiective: ut species actus et habitus sunt in anima, alio modo obiective: et hoc dupliciter, vno modo habitualiter, et primo quod scilicet est ibi per speciem manentem in intellectu immediate motuam ad intellectionem, alio modo actualiter et sedario: puta quando iam actu mouet et intelligitur. ¶ Secundo notandum quod duplex est vniuersale, scilicet in potentia et in actu, vniuersale in potentia est ipsa quidditas vel natura que est in re cum singularitate que est in potentia remota ad hoc ut predicetur de multis, vniuersale in actu est ipsa quidditas denudata per intellectum agentem a singularitate et a conditionibus singularium: que non solum est communis multis: sed est in potentia propinqua ut predicetur de multis, sicut enim Aristoteles posteriorum. Ad hoc quod aliquid sit vniuersale requiritur quod sit vnum in multis et predicabile de multis. ¶ Et tunc ad commentatores dicentem quod intellectus facit vniuersalitate in rebus. Dico quod intelligit quod intellectus agens facit de vniuersali in potentia vniuersale in actu. ¶ Et eni dictum est 2<sup>o</sup> c<sup>o</sup> prime partis huius libri. Species in fantasia non potest mouere intellectum possibilem ad cognoscendum vniuersale actu: cum ipsam rem representet cum conditionibus singularium. Intellectus igitur agens cum fantasia causant speciem intelligibilem in intellectu possibilem que representat ipsam naturam vel quidditatem actu abstractam ab huiusmodi conditionibus singularium, que licet sit in re quantum ad id quod est: tamen est obiective et habitualiter in intellectu: in quantum representat per huiusmodi speciem. Et quando actualiter intelligitur: tunc est ibi actualiter: et ut sic vniuersale actu est prima intentio et terminus communis impositus ab intellectu ad significandum ipsum obiectum intellectum: et est terminus prime intentionis, quando autem intellectus comparat ipsum obiectum cognitum ad inferiora: tunc fit illa secunda intentio que dicitur vniuersalitas: que non est aliquid in re: sed tamen habet esse in intellectu comparate. ¶ Notandum insuper quod ipsa quidditas vel essentia sic abstracta per intellectum potest considerari dupliciter, vno modo in se non cointelligendo singularitatem nec illam secundam intentionem que dicitur vniuersalitas. Et ut sic consideratur a metaphysico: et exprimitur per diffinitionem: et est obiectum intellectus nostri pro statu isto, alio modo potest considerari in quantum subest tali intentioni secunde que dicitur vniuersalitas: et sic consideratur a logico. Logicus enim considerat secundas intentiones applicatas primis in quibus fundantur. ¶ Ad secundum quando dicebatur. Omne quod est et est, potest dici quod illud habet veritatem de re que per se subsistit. Ipsa autem natura non est huiusmodi: quia non existit per se sed in singulari.

¶ Contra hoc arguitur: quia ut dicit Boetius quicquid est in vno numero est vnum numero. Cum ergo ipsa natura sit in singulari quod est vnum numero erit vnum numero. ¶ Rursus ad quod quicquid est in vno numero: ut in isto lapide est vnum numero: vel primo vel per se vel denominatiue, primo ut illud per quod vnitatis talis competat huic composito, scilicet ipsa differentia individualis: per se ut hic lapis cuius illud quod est primo vnum hac vnitatem est per se pars denominatiue tamen ut ipsa quidditas lapidis que est potentialis ad entitatem individualem ipsam denominatam. Et ideo quasi denominatiue respicit actualitatem eius et vni-

tatem. Similiter istud patet in alio simili manifestiori. Posset enim argui sic. Quicquid est in vno specie est vnum specie: sed color est in albedine que est vnum specie, ergo est vnum specie, ergo non habet vnitatem minorem vnitatem speciei. Non sequitur: unde color in albedine est vnum specie non per se nec primo sed denominatiue tamen. Differentia autem specifica est vna primo: quia sibi primo repugnat diuidi in plura specie. Albedo autem est vna specie per se sed non primo: quia per aliquid intrinsecum sibi, scilicet ipsam differentiam. ¶ Ad tertium dico quod philosophus non vult dicere quod substantia cuiuslibet rei sit propria ita quod ex natura sua sit individua sed quia facta est propria aliquo contrahente quoposito non potest inesse alteri licet sibi non repugnet ex se quod cum quacumque vnitatem singulari ponatur, hanc materiam declarat Scotus multipliciter, iij. di. 2. seu. de hoc etiam vide primo et septimo metaphysice.

¶ Predicabile autem proprie sumptum siue vniuersale diuiditur per genus speciem differentiam proprium et accidens: et solum de his hic intendimus.

¶ Quid sit ulterius auctor predicabile proprie sumptum siue vniuersale per genus speciem differentiam proprium et accidens. Ad cuius evidentiam sciendum quod predicabile seu vniuersale sumitur hic pro ipsa secunda intentione que dicitur vniuersalitas: et est relatio rationis causata per intellectum comparantem superius ad inferiora: ut predicabile de ipsis. Quod quidem potest comparari ad ipsa dupliciter: scilicet ut predicabile de ipsis in quid vel quale. Si in quod hoc est dupliciter: vel quia de pluribus differentibus specie. Et talis comparatio dicitur genus vel de pluribus differentibus numero: et talis dicitur species. Si in quale vel essentiale vel accidentale. Si essentiale sic est differentia: si accidentale hoc est dupliciter: quia vel predicatum habet causam necessariam in subiecto vel non, si primum sic est proprium: si secundum sic est accidens.

¶ Sed contra hanc diuisionem arguitur dupliciter, primo sic. Predicabile predicatum et predicamentum idem sunt sicut rem, ergo non plura nec pauciora debent esse predicata et predicamenta quam predicabilia: consequens est falsum quia ponuntur decem predicamenta et quatuor predicata tamen. ¶ Item vnum membrum vnius diuisionis includitur in alio, ergo diuisio non est bona, antecedens est notum: quia genus includitur in specie: probatur consequentia quia membra diuidentia bone diuisionis non debent coincidere ad inuicem: sed esse opposita vel disperata. ¶ Item idem est accidens et genus, ergo non debet accidens condiuidi contra genus, consequentia est nota, et probatur antecedens: quia color est genus albedinis et accidens hominis. ¶ Rursus ad primum quod licet idem sicut rem sit predicabile predicatum et predicamentum: tamen differunt sicut rationem, predicabile enim dicitur quod potest predicari de pluribus, predicamentum vero sumitur pro genere generalissimo: vel pro tota coordinatione predicabilium sicut sub et supra et lateraliter, predicatum vero dicitur illud per quod potest terminari vel solui questio dubitabilis vel problema: in qua scilicet potest opponi ad utramque partem contradictionis. Philosophus autem in thopicis determinans de syllo dialectico docet modum soluendi huiusmodi dubitationes. Unde ibi ostendit de aliquo quod potest sciri quod est genus, et sic de alijs. Posset igitur ibi quatuor



predicata, s. duo in qd: que sunt genus et diffinitio: et duo in qle, s. proprium et accidens: quia ois questio dubitabilis potest terminari et solui: respondendo per aliquod istorum, uel per aliquod reductum ad illa quia autem non fit questio de indiuiduis: cum de illis non sit scientia sed de speciebus: ideo species non numeratur inter predicata: cum in talibus questionibus sit subiectum. Nec de differentia specifica fit mentio ibi: quia idem est iudicium de illa sicut de specie: potest autem reduci ad diffinitionem. Differentiam autem genericam reducit philosophus ad genus cum in ipso formaliter includatur.

Ad secundum dico quod genus et species possunt capi dupliciter, vno modo fundamentaliter: et sic vnum includit in alio, ut animal in homine, alio modo formaliter pro ipsis secundis intentionibus: et sic sunt intentiones distictae nec coincidunt. Ad tertium dico quod si sit idem genus et accidens, hoc tamen non respectu eiusdem, est enim genus respectu suorum inferiorum: et accidens respectu substantie.

**De genere.**

**G**enus dicitur tripliciter, primo modo dicitur genus ut est collectio multorum quodam modo se habentium ad inuicem et ad vnum principium: ut collectio eorum qui sunt de eadem parentela et descendunt ab vno auro ut romani a romulo. Secundo modo dicitur genus principium vniuscuiusque generationis ut pater vel patria. Tertio modo dicitur genus cui supponitur species et hoc ultimo modo sumitur hic et diffinitur sic. **Genus est quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid: ut animal predicatur de homine et de equo qui specie differunt.**

In precedentibus auctor determinauit de predicabili in communi, hic consequenter incipit determinare de quolibet istorum in speciali, et primo de genere ponendo triplicem eius acceptionem. Primo modo genus est collectio multorum habentium quamdam conexione ad inuicem et ad vnum principium, et sic genus dicitur progenies. Et hoc modo illi qui descendunt ab eodem auro dicuntur de eodem genere vel parentela. Alio modo sumitur genus pro principio illius generationis, et sic genitor vel auus dicitur genus: quia est principium productiuum illius progeniei. Locus etiam generationis vel patria dicitur genus ratione virtutis generatiue et conseruatiue que est in ipso secundum habitudinem vel respectum quem habet ad corpora celestia. Videmus enim aliqua animalia in vno loco generari que non generant in alio. Item pater de arboribus plantis et metallis, tertio modo dicitur genus sub quo ponitur species, et sic sumitur in proposito, quod est uerum immediate ad differentiam indiuidui quod ponitur sub genere: non tamen immediate. Et notandum quod si genus posset alio modo sumi: tamen due prime acceptiones generis hic enunciantur propter quamdam convenientiam quam habent cum genere logico. Sicut enim genus primo modo dicit collectionem multorum: sic genus logicum dicit collectionem multarum specierum. Et sicut genus secundo modo dictum est principium effectiuum ipsius parentele: sic genus logicum est intrinsecum principium suarum specierum: cum ex ipso et differentia constituat species. Genus autem logicum sic diffinitur,

**Genus est quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid, ut ad interrogationem factam per quid respondeat per quod, ut si queratur quod est homo: respondeat animal.** Circa quod notandum quod si predicatur dicitur aptitudinem et non actum: sicut in alijs diffinitionibus. Item notandum quod quid significat entiam per modum substantie, substantie autem est substare, s. alij. Cum ergo materia substet forme, est enim fundamentum et receptaculum formarum: et genus se habet ut materia: ideo conuenientius respondeat ad interrogationem factam per quid. Substantie est etiam per se stare: quia igitur genera et species significant per modum per se stantis: ideo in quid congrue predicantur. Differentie vero in quod quia se habet ut forme: et significant per modum adiacentis determinatis et qualificatis. Notandum quod aliquid potest predicari in quid tripliciter, vno modo secundum rem et modum simul ut genera et species substantie, secundo modo secundum rem tantum, ut differentia que dicitur per modum qualificantis, tertio modo secundum modum tantum, ut genera et species accidentium. Notandum insuper quod genus potest sumi uel pro ipsa secunda intentione que est habitudo uel comparatio quiditatis predicabilis in quid de pluribus differentibus specie ad ipsas species uel potest sumi pro ipsa re uel quiditate in se considerata absolute: uel tertio modo pro ipsa quiditate concepta sub illa secunda intentione. Hic autem non diffinitur ipsa quiditas uel res absolute considerata: quia eius consideratio non pertinet ad logicum sed ad metaphysicum. Sed secundum aliquos hic diffinitur ipsa quiditas considerata sub illa secunda intentione: que opinio satis est probabilis: quia logica est de secundis intentionibus adiuicis primis secundum Avic. Et secundum hoc de facili possunt intelligi diffinitiones que sunt in logica. Verum tamen quia quiditas sic considerata non dicit vnum conceptum per se: sed per accidens aggregatum: scilicet ex re et intentione. Diffinitum autem debet esse vnum per se ex 7<sup>o</sup> metaphysice: quia etiam logicus per se considerat secundas intentiones: primas autem non nisi in quantum sunt fundamenta secundarum: videtur melius dicendum quod hic diffinitur secunda intentio: quod consonat dicto Scoti, 1. di. 4. sen. ubi ait quod intentiones logice que significant conceptus in anima per se vnos diffiniuntur assignando eis genera et differentias eo modo quo possunt ea habere: ponendo etiam ipsarum fundamentum et terminum: sicut fit communiter in relationibus. Hoc modo diffinitur intentio quam dicit genus, cui loco generis assignatur ratio predicabilis que est communis ad quicquid predicabilia. Predicari autem de pluribus differentibus specie in quid ponitur loco differentie. Per hoc enim differt genus a specie et differentia: non quidem quod illa secunda intentio que dicitur genus predicatur de pluribus differentibus specie: sed quia est nata fundari in quiditate sic predicabili. Ipsa enim intentio solum predicatur de pluribus differentibus numero secundum Scotum, 1. q. quolibetorum, fundamentum ergo intentionis est illud quod predicatur. Terminum vero sunt ipse species de quibus predicatur. Genus igitur est predicabile quod predicatur et hoc est genus est relatio predicabilis quod predicatur de pluribus differentibus specie et hoc. De quo nota ea que dicta sunt in diffinitione propositi: secundum hoc poterunt declarari alie diffinitiones secundarum intentionum logicalium, circa quod non intendo immorari.

**Sed contra predicta arguitur tripliciter: et videtur**



q̄ hic nō diffiniat intentio generis: q̄ hic diffinit illud quod p̄dicat de plurib⁹ differentib⁹ specie: sed intentio nō p̄dicat. Sed res subiecta int̄tioni: ergo intentio hic nō diffinit. maior est nota p̄bat minor: q̄ illa est uera. homo est animal: ista aut̄ est falsa. hō est gen⁹. ¶ Itē videt q̄ predicabile nō se habeat ut genus ad intentionē generis: q̄ tunc idem esset superius ⁊ inferius respectu eiusdem. p̄batur cōsequentia. sicut ista est uera: genus est p̄dicabile: ita ista p̄dicabile est genus posito casu q̄ sit gen⁹ ad quinq̄ p̄dicabilia. ¶ Itē videt q̄ genus etiā sumptum pro re subiecta int̄tioni nō p̄dicet de pluribus differentib⁹ specie: ut animal de hoīe q̄ pars nō p̄dicatur de toto: genus aut̄ est pars essentialis speciei: cū se habeat ut materia: differentia aut̄ ut forma. s̄ metaphysice. ergo gen⁹ nō p̄dicat de sp̄e. ¶ Respondeo ad p̄mū dicēdum est q̄ maior nō est uera. Non enī illud q̄ p̄dicat hic diffinit: sed intentio que fundat in id quod p̄dicat que q̄dem per suum fundamentū notificatur. nec est incōueniens relationes ratiōis diffiniri per sua fundamenta: euz Aristō. s̄ metaphysice distinguit modos seu sp̄es r̄onum realiū per ipsarū fundamenta: q̄ ipse differentie specificē p̄pter earū modicā entitatez forte nos latent. R̄ones aut̄ ratiōis sunt minoris entitatis q̄ relationes reales. ¶ Ad secūdum quando arguitur q̄ si predicabile esset genus tūc idem esset superius ⁊ inferius respectu eiusdē. Dico q̄ consequentia nō ualet. ad p̄batidē respondeo: q̄ quando dicebat genus est p̄dicabile est p̄dicatio per se superioris de suo inferiori: sicut p̄dicabile est sup̄ius ad genus. ¶ Quādo aut̄ dicit p̄dicabile est genus: nō est p̄dicatio per se: sed denominatiua p̄dicatio: sicut dicendo animal est genus. ¶ Contra hoc arguitur q̄ inferius nō potest denotatiue p̄dicari de suo superiori: cū in predicatione denotatiua p̄dicatum distinguat realiter a subiecto sicut accidēs eius. ¶ Respondeo q̄ illud est uerū in p̄dicatione denominatiua strictē sumpta: nō autē large: ut enī dictum est. c. p̄cedenti: q̄ sup̄ius est potentiale respectu inferiorum. Inferius aut̄ est actuale: ideo quasi denotatiue ipsuz respicit. Inferiora etiā quodāmodo accidunt superioribus: accipiēdo etiā accidēs p̄ extraneo: q̄ non sunt de ratiōe superiorum. ¶ Ad tertium dico q̄ pars nō p̄dicat de toto per moduz partis. vnde ista est falsa. homo est animalitas: sed bene p̄dicatur per modū totius in cōcreto ratiōe suppositi q̄ cōcernit: ⁊ ideo hec est uera homo est animal.

**D** cognoscēdum autem hoc mēbrū a s. differentib⁹ specie oportet scire q̄ differens dicitur tot modis quot modis dicitur idem. Idem autem dicitur tripliciter. s. idem genere idem specie idē numero. Eadem genere sunt quecunq̄ sub eodem genere continentur: ut homo est asinus sub animali eadem specie sunt quecunq̄ sub eadem specie continentur ut sortes et plato sub hoīe. Idem numero dicitur quadrupliciter scilicet idem nomine idem diffinitione idē proprio ⁊ idem accidente. Eadem nomine sunt quorum res est vna nomina vō plura ut marcus tullius. Eadem diffinitione sunt quorū vnū

est diffinitio alteri⁹: ut animal rationale mortale est diffinitio hominis. Eadem proprio sunt quorum vnū est proprium alteri⁹: ut homo est risibile. Eadē accidente sunt quorū vnū est accidēs alterius ut sor. ⁊ albedo que est in ipso. Similiter differens dicitur tripliciter. s. genere specie ⁊ numero. Differentia genere sunt que sub diuersis generibus continentur: ut homo sub animali arbor sub plāta. Differentia specie sunt quecunq̄ sub diuersis speciebus continentur: ut homo est asinus sub animali. Differentia numero sunt que faciunt diuersum numerum: ut sortes ⁊ plato. Illud vō dicitur predicari in qd quod conuenienter respōdetur ad interrogationem factam per quid: ut si queratur quid est homo conuenienter respōdetur animal: ⁊ ideo aīal predicatur in quid de homie. Aliter aut̄ diffinitur sic gen⁹. genus est cui supponit sp̄es.

Alia vō opposita iuxta se posita clarius elucescunt. ¶ Quot enim modis dicit vnū oppositorum: tot modis dicit ⁊ reliquū. Ideo dicit auctor q̄ ad cognoscēdū hoc mēbrum differentibus specie oportet scire quot modis dicit idē q̄ tot dicitur differens. Idem aut̄ dicitur tripliciter: idem genere: idem sp̄e: idē numero. Unde eadem genere dicunt q̄cunq̄ sub eodē genere continentur: ut homo ⁊ asinus sub animali. Et per oppositum differentia genere dicuntur que sub diuersis generibus continentur: ut homo sub animali: ⁊ arbor sub planta.

¶ P̄do quo est notandū q̄ duplex est genus. s. logicum ⁊ philosophicū. Genus philosophicū dicitur subiectuz uel materia que est subiectū generatiōis ⁊ corruptionis. vnde illa sunt idem genere philosophico que habent idē subiectū uel materiam cōmuniem circa quā possunt habere trāsmutationez mutam: ⁊ que non habēt non sunt idē genere hoc modo. Et de tali loquit Ari. 1. metaphysice: ubi dicit q̄ corruptibile ⁊ incorruptibile differūt plus q̄ genere. Illa vō sunt idem genere logico que conueniunt in aliquo cōmuni predicabili de pluribus differentibus specie in quid. ⁊ de hoc genere loquit auctor non de p̄mo. Unde substantia corporea ⁊ incorporea lz sunt idem genere logico: tamē differūt genere philosophico. Eadē sp̄e sunt que sub eadē sp̄e continentur: ut sor. ⁊ plato sub homine. Differentia vō specie dicuntur que continentur sub diuersis speciebus: ut sor. ⁊ brunellus: uel que habent differentias specificas oppositas: ut homo ⁊ equus. Eadem numero dicuntur que nō faciunt diuersum numerum: ut homo ⁊ animal ratiōale. Differentia vō numerosunt que faciunt diuersum numerū. ut sor. ⁊ plato faciunt numerū binarium que est species diuersa a trinario: ⁊ si adderet Cicero esset numerus ternarius. Sunt enim distincte res numerate habentes distinctas differentias numerales. Et ponit auctor quatuor modos idētitatis numeralis. Et sibi p̄f̄t̄poni quatuor modi differentie numeralis. S; hoc non est necesse: quia satis habētur per alias. s. per modos idētitatis numeralis. quorū p̄vs est idē nomine. ⁊ dicunt eadem noīe quorū res est vna: uoīa



Vo plura, et sunt noia synonyma, ut Marcus Tullius  
 que et sint plura noia: dicuntur tamē eadem nomi-  
 ne: quia conueniunt in identitate rei nominate.  
 Secundus modus est idem diffinitione: quādo, scilicet,  
 vnum est diffinitio alterius: ut animal rationale et  
 homo et possunt reduci ad p̄mū modū: quia per uar-  
 ria nomina diffinitōis et diffiniti importatur res ea-  
 dez: que qdem per diffinitū importat implicite et  
 per diffinitionē explicite. Tertius modus est idē  
 pp̄rio: quādo scilicet vñū est propriū alterius: ut  
 risibile est propriū hominis. Quartus modus est idē  
 accidente quando vnum est accidens alterius.  
 ¶ Ad euidentiā p̄dictorum notandū q̄ differētia  
 et diuersa aliquādo sumunt large: et sic vnum sumit-  
 tur pro reliquo. Unde sicut dicimus diuersa nume-  
 ro genere uel specie sic et differentia numero gene-  
 re uel specie, alio modo sumunt stricte: et sic differunt  
 ad inuicē. Illa enī que in nullo quiditate ueniūt  
 ut ultime differētie dicunt p̄mo diuersa: non tamē  
 dicuntur differētia: quia ut dicit philosophus q̄nto  
 metaphysice, differentia sunt aliqd idem entia, i.  
 in aliquo cōueniētia: ut homo et equus que ueniūt  
 in animalī: et differant per rationale et irrationale.  
 ¶ Notandū insup̄ s̄m Scotū, di. iij. et sen. q̄ vna-  
 queq̄ res est singularis: et vna numero per aliquas  
 entitatē positiuā persone determinatē naturam ad  
 singularitatē: que qdem entitas uocat differentia  
 indiuidualis uel hecetas, pbatur q̄: omnis diffe-  
 rentia differētium reducitur ad aliqua p̄mo diuersa:  
 alioquin nō esset status in differentibus. Sed indi-  
 uida pp̄rie differunt q̄: sunt differētia et alicui idē  
 entia: ergo eorū differētia reducitur ad aliqua p̄mo  
 diuersa. Ista p̄mo diuersa nō sunt natura in isto et in  
 alio, nā in natura ueniūt, ergo p̄ternaturā in isto et  
 in alio sunt aliqua q̄ hoc et illud differunt. Sed hec  
 nō sunt materia nec forma nec accidētia: ergo erūt  
 alię entitates positue per se determinatē natu-  
 ram. ¶ Ad autē materia et forma non sint causa in-  
 diuiduatōis nec distinctōis numeralis probatur  
 q̄: quecūq̄ sunt de quiditate speciei nō cōstitūt eē  
 alicuius indiuidui: materia et forma sunt huiusmo-  
 di, ergo et. mato: patet q̄ de cuius q̄ditate sunt p̄n-  
 cipia indiuiduatia ipsum est indiuiduū de se. mior  
 patet septimo et octauo metaphysice. Item in acci-  
 dentibus non est materia: ubi tamen est distinctio  
 indiuidualis. Quod etiam indiuiduatio substātie  
 nō habeat esse per quātitatē uel cetera accidentia  
 pbatur q̄: substātia est prior omni accidēte ex septi-  
 mo metaphysice, ergo cōuenit substātie p̄me ex sua  
 ratione q̄ sit hec p̄us q̄ determinet aliquo acciden-  
 te. ¶ Sed cōtra predicta arguit p̄mo: q̄ Boetius  
 determinate dicit q̄ differētia in numero acci-  
 dentiu uarietas facit maxime in loco, ergo indiuidu-  
 atio subiecti fit per accidentia. ¶ Item in quinto  
 metaphysice dicit Aristoteles, q̄ illa sunt vñū numero  
 quorū materia est vna, ergo materia est causa indi-  
 uduationis seu unitatis numeralis. ¶ Respondeo  
 ad Boetium q̄ uarietas accidentiu facit differētia  
 in numero nō causaliter sed notificatiue: eo q̄ disti-  
 ctionem numeralē concomitat uarietas accidē-  
 tiū que habent per hūc uersus. forma figura locus  
 stirps nomē patria tēpus. ¶ Ad secūdu dico q̄ ma-  
 teria et forma opponunt relatiue exsecūdo physico-  
 rum, et quot modis dicit vñū oppositorū, tot modis  
 dicitur et reliquum ex p̄mo thopicozū. forma autē  
 quantū ad p̄sens spectat dicit dupliciter, vno mo-

do pro forma partis sicut anima est forma corporis  
 alio modo pro forma totius que est ipsa q̄ditas que  
 apud Aristoteles, frequēter dicitur forma quinto meta-  
 physice caplo de causa, et septimo ut humanitas est  
 forma nō alteri partis cōpositi sed totius. ¶ No-  
 tandum q̄ entitas cōpositi que distinguitur a parti-  
 bus est forma totius cōpositi sicut ipsa natura to-  
 ta ut hūitas que uocat quiditas. Quod autē quidi-  
 tas possit dici forma totius: patet per philosophū  
 quinto metaphysice caplo de causa, ubi dicit q̄ for-  
 ma totius nō est forma informās sed est forma trā.  
 Et sic nō est intelligēdum q̄ talis forma informat  
 materiā et forma partis: uel ipsum totū tanq̄ aliqd  
 inclusum in toto, sed est sic forma totius q̄ est tota  
 natura seu quiditas sui totius. Igitur materia corre-  
 spondēter dicit dupliciter, quia quedā est materia  
 que opponitur forme partis, et hec est materia que  
 est p̄ncipium essentialē cōstituens cū forma vnum  
 ens per se. Et quedam est materia que opponitur  
 forme totius et ipsi quiditati, et per p̄sequēs est extra  
 rationem quiditatis rei formaliter. Et hec est ma-  
 teria que est differentia seu pp̄rietas indiuidualis  
 que est causa indiuiduationis que p̄t uocari hecetas.  
 Cum ergo dicit Aristoteles, q̄ illa sunt vñū nume-  
 ro et. Loquitur de materia non p̄mo modo sed se-  
 cūdo modo: que congrue uocatur materia quatenus  
 cōstituit rem in ultimo esse subicibili et materiali,  
 non autem in eē formali: quia nō pertinet formali-  
 ter ad formales quiditatē rei. Et hec qdem exposi-  
 tio cōsonat littere philosophi. Subdit enim q̄ illa  
 sunt vnum specie quorū ratio est vna. Ratio quidē  
 ibi sumit pro q̄ditate que dicitur forma respectu dif-  
 ferētie indiuidualis. ¶ Et notādū q̄ sicut realitas  
 a qua sumitur genus est potētiā ad realitatem a  
 qua sumitur differentia specifica: ita q̄ hec reali-  
 tas non est formaliter illa: alioquin in diffinitione  
 esset nugatio: sic realitas specifica est potētiā ad  
 differētia indiuiduales que est actus determinās  
 naturā specificam ad singularitatem, nec incōueni-  
 ens est ipsam differētia indiuidualem habere ra-  
 tionem actus et materie diuersis tamē respectibus  
 habet enim rationē materie inquātum cōstituit in  
 ultimo esse subicibili: sed habet rationē actus inquā-  
 tum determinat naturā specificā ad esse hoc: et in-  
 quātum distinguit vnum indiuiduum ab alio, actus  
 enim determinat et distinguit septimo metaphysi-  
 ce. Hec materia habet magis considerari a meta-  
 physico q̄ a logico: ideo de ipsa succincte pertran-  
 seo.

Tem genus diuidit in genus gene-  
 ralissimū et gen⁹ subalternū. Genus  
 generalissimū est supra quod non est  
 aliud genus superueniēs, uel genus genera-  
 lissimū est quod cū sit genus non potest esse  
 species. Et diuidit in decem generalissima  
 que sunt decē p̄dicamēta, scilicet substantia quanti-  
 tas qualitas relatio actio passio situs habit⁹  
 ubi et quī. Hec autē decē dicuntur genera gene-  
 ralissima quia nullū gen⁹ habēt supra se. Et  
 ens sit supra ipsa tamē non dicitur de ipsis  
 vniuoce sed equiuoce, ideo nō est genus. De  
 his autē nihil ad p̄sens dicitur, sed in p̄dica-  
 mētis. Genus subalternū est quod cum sit



genus bñ pōt esse species ut animal est gen⁹  
hominis et equi et est spēs corporis animati

¶ Inde diuidit auctor: genus in genus gene-  
ralissimum ⁊ genus subalternum. Circa qđ  
sciendum qđ superlatiuum potest capi dupli-  
citer: scilicet affirmatiue ⁊ negatiue. Unde gene-  
ralissimum negatiue sumptum dicitur quo nihil  
est generalius. Et hoc modo sumitur ab auctore  
cum dicit qđ genus generalissimum est supra quod  
non est aliud genus supra ueniēs. Alio modo sumē  
do affirmatiue dicit genus generalissimū quod est  
generalius omni alio. Et sic nullū genus dicit ge-  
neralissimū simpliciter loquēdo. tunc enī tñ esset  
vnum generalissimum. qđ fm̄ p̄discianum: Quod  
per superabundantia dicitur vni soli cōuenit. Ad-  
libet tamē generalissimum potest dici generalius  
omni alio: nō simpliciter: sed omni alio sue coordi-  
natiōis. ¶ Notandū insup qđ suplatiu⁹ nō semp sup-  
latiue sumit siue affirmatiue: siue negatiue: ut de-  
claratū est: sed aliqñ tñ sumit intensiue: ⁊ tñ tantū  
ualet sicut ualde. Unde hoc modo pōt dici de quo-  
libet sancto qđ est sanctissimus. i. ualde sanct⁹. Et  
hoc modo sepe sumit ab auctoribus. Et diuiditur  
gen⁹ generalissimū in .x. p̄dicamenta: que sunt sub-  
stantia quantitas q̄litas relatio actio passio ubi qñ  
situs uel positio ⁊ habit⁹: que dicunt generalissima  
qđ nullum habent genus supra se. lz enim ens dica-  
tur de ipsis: tamē fm̄ auctore non est gen⁹: qđ est eq-  
uocum ad ipsa. Al quo discordat doctor subtilis po-  
nens tertia ⁊ octaua di. p̄. sen. ens esse vniuocuz ad  
deum ⁊ creaturam substantiā ⁊ accidēs: cum dicat  
vñū conceptū cōem ipsis. Sed tamē non sequitur  
qđ sit genus: qđ non cōtrahitur ad deum ⁊ creaturā:  
nec ad substantiam ⁊ accidēs: sicut ad spēs per diffe-  
rentias: lz per modos intrinsecos. Unde dicit Ari-  
sto. 4. metaphysice qđ ens dicit multipliciter: nō ta-  
men equiuoce: sed vniuoce: cū equiuocum ⁊ vniuocū  
cū sint imediata: ut patet ex rationib⁹ ipsorū. Nec  
obstat qđ per p̄us dicitur de deo qđ de creatura: ⁊ de  
substantia qđ de accideute: qđ analogia nō repugnat  
vniuocationi: ut videbit p̄mo. c. p̄dicamētorū. Si  
querat ergo q̄re ens nō est genus. Quādo enī predi-  
catur aliqd ⁊ p̄dicatur in quid ⁊ in plus difficile est  
euadere quin sit genus fm̄ Aristō. in libro thopico-  
rū. Dico qđ lz sit difficile nō tamen est impossibile.  
Causa enī quare ens nō est genus est qđ gen⁹ contra-  
hit ad spēs per differentias. Realitas enī a qua su-  
mit gen⁹ est potētiā ad realitatē a qua sumit dif-  
ferentia: al̄s genus complete diffiniret. Ens autē  
non cōtrahitur ad deū ⁊ creaturā ad substantiā ⁊ ac-  
cidēs per differentias sed per modos intrinsecos  
ut videbit p̄mo. c. p̄dicamētorū. Alia ratio huius  
assignatur a doctore subtili. iij. di. p̄. sen. vide ibi.  
Quia vō hec materia nō est presentis speculatiōis  
vsqz ad tertiū quartū metaphysice differatur.

¶ Genus subalternū dicit qđ cum sit genus potest  
esse species: qđ videlicet habet supra se gen⁹ ⁊ sub  
se spēs: ut animal est genus hominis ⁊ equi ⁊ speci-  
es corporis animati. ⁊ dicitur subalternū quasi sub  
alio positum.

**De specie.**

¶ Species est quod predicat de pluri-  
bus differētib⁹ numero in eo quod  
quid. In hac enim diffinitione hoc

uerbū predicat dicit aptitudinē ⁊ non actuz.  
Similiter ⁊ in alijs homo predicat de sorte  
⁊ platone et de alijs particularibus homini-  
bus que differūt numero ut p̄us patuit. Bis  
finiē etiā sic spēs. Species est que ponit sub  
assignato genere ⁊ de qua genus in eo quod  
quid p̄dicatur. Et diuidit in speciē specialis-  
simam et subalternā. Spēs specialissima est  
que cū sit species nō pōt esse genus ut homo  
equus et similia. uel est illa sub qua nō est in-  
ferior species sub se. Species subalterna est  
que cū sit spēs bene potest esse genus. vñ que  
cumqz sunt inter genus generalissimū ⁊ spēm  
specialissimam possunt esse genera ⁊ species  
ad aliud tamē ⁊ ad aliud sumpta. Sunt enī  
genera respectu inferiorū. Species vō respe-  
ctu superiorū sicut patet in arbore. ut hoc aut  
sit magis planū sumat exēplū in vnoquoqz  
predicamēto: ut substantia est genus primū et  
sub hoc ponit corpus: et sub corpore ponit  
corpus animatum: sub corpore aiato animal  
et sub animali animal rationale: et sub ratio-  
nali hō: et sub homine sunt individua: ut sor-  
tes et plato. Individuū est quod de vno so-  
lo predicat ut sortes de seipso. ⁊ hec patent in  
arbore porphirij. Ista tibi plana dabit por-  
phiriana.

¶ Ostē auctor determinauit de genere: hic  
p̄ cōsequēter determinat de specie p̄ceden-  
do a magis cōmunib⁹ ad minus cōmunia.  
Realitas enī a qua sumit gen⁹ est in plus qđ sit na-  
tura specifica. ¶ Ad cuius euidentia sciēduz qđ spēs  
sumit multis modis. Uno modo est idē qđ formosi-  
tas uel pulchritudo que consistit in debita p̄portio-  
ne membrorū. Secūdo modo idem est qđ similitu-  
do obiecti. Sicut loquit Ari. in libro de anima di.  
qđ lapis nō est in aia: lz species lapidis. Tertio mo-  
do est accidēs partiū orationis. Quarto modo su-  
mitur pro natura specifica. Quinto modo pro secū-  
da intētiōe que in ipsa fundat. Et hoc modo sumit  
tur in p̄posito. Et pōt diffiniri eodē modo quo fuit  
assignata diffinitio generis. Per illud autē relatiū  
qđ intelligit p̄dicabile qđ est genus ad speciē. per  
illud qđ dicit differentibus numero differt species  
a genere: qđ lz possit predicari de pluribus differē-  
tib⁹ numero: nō tamen solū nec imediate. ⁊ per hoc  
qđ dicit in eo qđ qđ differt a differētia p̄prio ⁊ acci-  
dēte: que p̄dicant in quale. Et diffinit hic species  
specialissima. Species enī subalterna nō est p̄dica-  
bile distinctum a genere lz p̄dicatur dicit aptitudi-  
nem ⁊ nō actū. sicut in alijs diffinitionibus. ¶ Itē  
aliter diffinitur species sic. Species est que ponit  
sub assignato genere. uel de qua genus in eo qđ qđ  
est p̄dicatur. ¶ Circa qđ est notādū qđ auctor in p̄ce-  
dentibus notificauit spēm per cōpositionē ad indi-  
uidua. hic autē per cōparationē ad gen⁹. Non est au-  
tem incōueniēs idem habere plures diffinitiones  
large sumptas per cōparationē ad diuersa: ut fuit  
declaratum in diffinitione uocis. Et conuenit hec  
diffinitio tam spēi specialissime qđ spēi subalterne.



Species itaq; ponitur sub genere sicut minus commune sub magis communi immediate quidem ad differentiam individuum, et directe ad differentiam differentiarum. Et ponitur sub genere non quocumque: ut homo non ponitur sub colore: sed sub genere assignato. id est determinato: quod essentialiter includit: et ideo de ipsa predicatur in quid.

¶ Deinde dividit auctor speciem in speciem specialissimam et subalternam. Species specialissima est que cum sit species non potest esse genus. Est enim species cum habeat genus supra se: sed non potest esse genus quia non habet aliquam speciem sub se. unde nomen speciei verius provenit speciei specialissime quam subalterne. Dicitur namque species a specificando seu determinando. Venit autem magis determinat in specie specialissima que non potest ulterius specificari et determinari per differentias formales quam in specie subalterna que adhuc est specificabilis et determinabilis. Species enim subalterna cum sit species potest esse genus: quia videlicet est ulterius dividibilis per differentias formales que constituunt diversas species sub ipsa: unde omnia que ponunt iter genus generalissimum et speciem specialissimam sunt genera et species per comparationem ad diversa. Sunt enim genera respectu inferiorum et species respectu superiorum. Exemplum huius quo ad predicamentum substantie patet in arbore porphyrii: et posset etiam poni in alijs predicamentis. Pro quo notandum quod huiusmodi coordinatio potest dici arbor per quandam similitudinem ad arborem naturalem in qua sunt tria. scilicet radix truncus et rami. Genus generalissimum potest dici radix in quantum pertinet inferiora permissive siue potentialiter vel ipsa individua in quantum continent superiora positive et actualiter. Ponunt autem individua in predicamento in quantum abstrahunt ab existentia actuali sicut Scotus in 2. sententia. Unde hic habet tamen includat naturam specificam cum differentia individuali nec plus includit existentiam actualem formaliter quam habet. Quia enim secundum Aristoteli primo posteriorum sit statim in quolibet predicamento in sursum deorsum et deorsum: sicut invenit ibi supremum considerando illud ratione esse essentie precise: ita invenit ibi infimum. scilicet singulare absque omni existentia actuali. De ipsis vero singularibus in quantum includunt existentiam actualem non est scia secundum Aristoteli 7. metaphysice: quia ipsis absentibus seu remotis a sensu ignotum est utrum sint aut non sint. Et ponuntur individua in recta linea predicamentali: cum formaliter includant omnia superiora: sed enim videantur poni laterali hoc est ad ostendendum ipsorum multitudinem sub eadem specie. Venera autem et species que ponuntur in recta linea se habent sicut truncus arboris naturalis. Differentie vero collaterales se habent sicut rami. Substantia itaque dividitur per corpoream et incorpoream. Ex substantia autem et corporeitate sicut ex genere et differentia constituitur corpus: sicut etiam ex substantia et incorporeitate potest constitui alia species: utpote spiritus creatus. Et sic possunt dici de alijs generibus cum differentijs positivis a parte dextra que sunt differentie positive: cum ex ipsis et generibus constituentur species ipsas tamen per nomina prout circa quodammodo propter penuriam nominum. Insuper corpus dividitur per animatum et inanimatum. Corpus animatum constituit aliam speciem quam propter penuriam nominum circa quodammodo propter penuriam nominum. Quod ulterius dividitur per sensibile et insensibile. Sensibile potest capi dupliciter. scilicet passive et active. Sensibile passive dicitur quod est aptum natum sentiri et sic de corpus est sensibile: non hoc modo sumitur in proposito. Sensibile vero active dicitur quod est aptum natum sentire: et sic ex corpore animato et illa differentia constituitur

animatum. Rursus animatum dividitur per rationale per irrationale. rationale autem additum animati constituit hominem. Quod autem animatum rationale dividatur per mortale et immortale non est secundum veritatem imo repugnat fidei catholice: sed hoc ponitur recitatio opinionem Porphyrii et quorundam paganorum ponentium pluralitatem deorum: quos dicebant esse animata rationalia et immortalia ad distinctionem hominum qui sunt mortales. Et huius opinionis fuerunt quidam ponentes demones esse animata corpore aerea mente rationalia duratiore eterna. Huius etiam opinionis fuerunt ponentes corpora celestia esse animata. ponebant enim intelligentias esse animas celorum. quosdam deos virtutis infinite. Que opinio a quibusdam imponitur philosopho: sed false secundum Aquilinum doctorem Scoti. in quolibetis: et in 2. sententia. Quod ex hoc patet quia 1. metaphysice ponitur esse unum deum omnium principem. ¶ Entia non sunt male regi: nec bonum pluralitas principatum. unde ergo princeps: et sic non sunt plures dii. Probat etiam philosophorum. Potentia infinita non est in magnitudine sed primum movens quod potest esse virtutis infinite esse impartibile. non ergo est animatum seu corpus animatum. Et si arguatur quod ipse videtur ponere 2. celi et 12. metaphysice celum esse animatum. Ratione quod anima habet duplex officium respectu corporis informandi. scilicet et movendi: quia est forma corporis: et corporis motrix. ubique ergo philosophus loquitur de anima celi: exponendum est secundum conditionem qua anima est motrix corporis et non forma. Et illa anima est intelligenda huic orbi coniuncta: ut propria motrix. et talis non est nisi unica unius: ita quod coniungitur orbi in ratione motricis et non in ratione informantis.

¶ Diffinitio ulterius auctor individuum dicens quod est quod de uno solo predicatur: ut scilicet de seipso. et refertur ly quod est predicabile in communi. Per hoc autem quod predicatur de uno solo differt a predicabili proprie sumpto quod predicatur de pluribus. Ex hoc patet quod illud quod dicitur Aristotele in predicamentis quod a prima substantia nulla est predicatio: quia scilicet prima substantia vel individuum non est predicabile proprie sumptum: et ideo ab ipsa nulla est predicatio proprie sumpta persone superioris de inferiori: sed bene eiusdem de seipso. Debet autem intelligi diffinitio individui de predicatione univoca. Scotus autem bene predicatur de pluribus vocatis illo nomine: sed non secundum unam rationem: quia sola vox est ipsis communis: et non aliquis conceptus sumptus secundum illud nomen. Et notandum quod individuum vel singulare potest sumi: vel pro secunda intentione quam denotat singularitas: vel pro eo quod subest illi intentioni: scilicet pro sorte vel platone. Et secundum hoc multipliciter potest declarari diffinitio individui: sicut dictum est de diffinitione generis. Item duplex est individuum scilicet signatum et vagum. Individuum signatum est quod importat unum solum suppositum et determinate sumptum: ut sortes et hic homo. Individuum vagum est quod designat unum solum suppositum: sed sit indeterminatum nobis quid sit illud suppositum: ut aliquis homo. Terminus enim communis quantum est de se potest sumi pro suppositis vel natura. Signa vero universalis vel particularis inventa sunt ad denotandum terminum communem sumi pro suppositis. Particularis siquidem pro uno modo vago et indeterminato. Universalis vero pro multis. Exemplum quando terminus supponit pro suppositis: ut homo currit. Exemplum quando sumitur pro natura: ut homo est species. ¶ Vide nunc arborem Porphyrii.



Genus	Generalissimū
	Substantia
Corpora	Incorporea
	Corpus
Animatum	Inanimatū
	Corpus animatū
Sensibile	Insensibile
	Animal
Rationale	Irrōnale
	Animal rationale
Mortale	Immortale
	Homo
Sortes	Plato
Species	Spālistima

neri constituit speciem. et ideo constitutiva ul' diuisiua nominatur. mortale enim additum super hoc genus animal constituit speciem. Et ideo dicit Boetius q' sola species diffinitur. Diffinitio enī cōsistit ex genere et differentia sed sola species habet genus et differentias: et omne illud quod habet genus et differentias diffinitur.

Distū auctor determinauit de specie que est secundū predicabile. Hic cōsequenter determinat de tertio pdicabili. s. de differentia. prius autē determinauit de specie q' de differentia: q' spēs pdicat in quid: differentia vō in quale. Et diuidit differentia in cōmunē ppriam et magis ppriā. ut eligat illā de qua intēdit. que diuisio h' nō sit binēbris: tamē est reducibilis ad binēbrē. Differentia enim facit differre uel essentialiter uel accidentaliter. Si accidentaliter hoc est dupliciter: uel per accidēs separabile: uel inseparabile. Si per accidēs separabile: sicut sor. sedens differt a se uel ab altero nō sedēte: sic est p'mus modus. Si vō per accidēs inseparabile sic est secūdus modus: ut sor. simus differt a platone aquillo: si vō facit differre eēntialiter: sic est tertius modus quādo vnū differt ab alio differentia specifica que facit differre spēs: sicut hō differt ab equo specie per rationale. Prima differentia dicitur cōmunis: quia talis differentia multum large sumit: que. s. est per accidēs separabile. Secūda enim dicitur magis ppria: q' magis accedit ad naturā differentie uere q' pcedēs. Tertia dicitur magis ppria q' facit differre eēntialiter. alie vō nō. Et notandū q' h' idē nō differat a seipso essentialiter: cū omne ens sit vnū. i. a se indiuisum et diuisum a quolibet alio idē tamē bene differt a se accidentaliter: s'm q' nūc est sub vno accidēte: nūc sub alio. Et si arguas q' differentia et accidēs sunt distincta pdicabilia. ergo duo primi modi differentie sunt male assignati. cū ptineāt ad pdicabile accidentis. Respondeo q' differentia est pdicabile distinctum ab accidēte in tertia acceptione et nō in duab' p'mis. Diffinit ergo auctor differentia tertio modo sumpta de qua pro nūc intēdit dī. q' differentia est quod pdicat de plurib' differentib' specie in eo qd quale: sicut sensibile pdicat de hoīe et de asino qui differūt specie: ut si querat qualis est hō: conueniēter rōdetur sensibilis: et de asino siliter. Exēplū vō positū hic ab auctore. s. quō rōnale pdicat de hoīe et de dijs non est uerū: ut declaratū fuit e' pcedēti. exēplo tñ non requirit uificatio. Nonunt enim exēpla nō ut uera sint: s' ut sentiāt addiscētes. per illud qd intelligit genus differentie ipsius. s. pdicabile. Per hoc autē qd dicit de plurib' differentib' specie excludit differentia cōstituēs spēm spālistimā. Talis enim nō pdicat de plurib' differentib' specie: s' differentia generalis que scilicet constituit genus sicut sensibilitas constituit animal. Et de ista datur diffinitio hec. et ponitur in quale ad differentiam generis et species que pdicant in quid. Predicat autē in quale s'z porphiriū q' habet rōnē forme. Illud autē qd habet rationē iso: mātis seu determinātis habet rōnē qualis. Et tale est duplex. s. eēntiale et accidentale s'm q' duplex est forma. s. eēntialis et accidentalis. Differentia itaq' pdicat in quale eēntiale. accidēs vō in quale accidentale: et ideo sibi nō competit hec diffinitio

**De differentia.**  
dicimus equo ce. Et de statuis regū dicim⁹ Isti sūt tales reges. et de his q̄ adhuc regnāt dicimus. Isti sunt tales reges sumendo nomen regis equo ce. Vniuoca dicuntur quorū nomen est cōe et ratio substātie s̄m illud nomen est eadem: ut hoc nomen animal est cōmune hoī boui et leoni. et similiter rō substātie secundū illud nomen est eadem. ut homo est aīal. bos est animal. et hō est substātia animata sensibilis. et bos est substātia animata sensibilis. & sic nomen est cōmune eis: et ratio secundū illud nomen est eadem. nihil enī aliud est hō secundū q̄ est aīal q̄ substātia animata sensibilis. et similiter bos. Denominatiua dicuntur quecūq̄ ab aliquo solo casu sunt differentia et secundū illud nomen h̄nt appellationē. ut a grāmatica grāmaticus et a fortitudine fortis. differūt solo casu. i. sola cadentia que est a parte uocis & secundū illud nomen appellationē. Nomen enim denotatiuum debet cōuenire cū nomine vniuoco in principio et differre in fine. ut a grāmatica grāmaticus. ab albedine albus.

**I**te determinat auctor de p̄dicamentis: ubi sciendū q̄ predicamentū potest sumi dupliciter. vno modo pro genere generalissimo cuiuscūq̄ predicamētī. alio modo pro tota coordinatione p̄dicabiliū s̄m sub & supra. **N**otādū ulterius q̄ metaphisicus tractat de p̄dicamētis inquantū sunt quedā entia: logicus vō inquantū fundāt secundas intētionē: cuiusmodi sunt subici & predicari. **A**d declarationē autē p̄dicamētōrū p̄mittit tres diffinitiones duas diuisiones & duas regulas que dicunt ante p̄dicamenta. Est autē ante p̄dicamentū quedā notitia ualens ad cognitionē p̄dicamentorum habendā. **P**remittit autē diffinitionem equiuocorū dī. Equiuoca dicunt quorū nomen solum cōmune est. & s̄m illud nomē ratio substātie est diuersa: ut canis est equiuocū ad canē latrabile p̄scē marinū & celeste sydus: quia solū nomē est eis cōmune nō autē cōueniunt in aliqua diffinitione sumpta s̄m illud nomē canis: s̄ bene cōueniant in diffinitione corporis: & ideo notāter dicit s̄ illud nomē. **N**otādū insuper q̄ duplex est equiuocū: videlicet equiuocū equiuocās & equiuocū equiuocatū. Equiuocū equiuocās est dictio equiuoce plura importās. Equiuocū equiuocatū sunt ipse res equiuoce importate: s̄m igif quosdā hic diffiniunt equiuoca equiuocata nō equiuocātia. sed oppositū videt uerius: q̄ diffinitio nō est rerū sed nominū. Unde 4<sup>o</sup> metaphisice dicit q̄ ratio quā significat nomē est diffinitio. ponitur autē equiuoca dicunt nō equiuoca sunt: q̄ hoc modo sepe Ari. loquit s̄m opinionē antiquorū doctorū. Equiuoca ergo dicunt. s. a doctorib⁹ antiquis & ponit equiuoca in plurali numero ad denotandū pluralitatē huiusmodi equiuocorū. **I**te equiuocū equiuocās est duplex. s. a casu & a cōsilio. Equiuocū a casu est dictio plura eque significans primo ut canis. Equiuocū a cōsilio est analogū q̄ significat vnū per cōparationem ad aliud: ut animal significat animal pictū per cōpositionem ad animal viuū. **U**bi



sciendū q̄ analogū nō est mediū inter vniuocū et equiuocū: cū ipsa sint imediata: ut patet ex rōnibus ipsoꝝ. Omne enim analogū est vniuocū uel equiuocū. Unde quedā analogā sunt equiuoca: ut aīal est analogū et equiuocū ad aīal vīnū: et ad aīal pictum. Quedā vō sunt vniuoca: ut ens est vniuocū ad deū et creaturā substantiā et accidens: ut diffuse declarat doctor subtilis Scotus di. iij. et viij. p̄mi sen. l. 3. sit analogū ad ipsa cū accidēs habeat attributionē ad substantiā: et creatura ad deū. vnde l. 3. attributio sola nō ponat vnitātē vniuocationis: q̄ vnitās attributionis minor est vnitātē vniuocationis. Minor autē vnitās nō arguit maiorē: tamē minor vnitās potest stare cū maiorē: sicut que sunt vnā specie sunt vnus genere: l. 3. vnitās generis sit minor vnitātē speciei. Hoc patet per philosophū 1<sup>o</sup> metaphice. ubi ponit ordinē essentialē inter species eiusdē generis q̄ ibi vlt̄ q̄ in quolibet genere est vnū qd̄ est mēsurā alioꝝ. Mēsurata autē habēt ordinē essentialē ad mēsurā: et tñ nō obstatē tali attributiōe nullus negat conceptus generis eē vnū. ¶ Alterius sciendū q̄ in diffinitōe equiuocoꝝ nomē nō sumit̄ put̄ distinguitur ab alijs partibus orationis cū equiuocatio et vniuocatio nō solū reperiant̄ in nomine sed etiā in vbo. sed sumit̄ ibi nomē pro dictione. ¶ Itē notandū q̄ substantia pōt capi dupliciter s̄m Arist. 5<sup>o</sup> metaphice. vno modo put̄ substant̄ accidētib⁹: et sic est predicamētus distinctū ab accidētib⁹. Et sic nō sumit̄ hic in pposito: cū equiuocatio reperiat̄ in accidētib⁹. alio modo substantia sumit̄ pro qualibet rei essentia seu quidditate: et sic sumit̄ in pposito. Ratio etiā in pposito sumit̄ pro cōceptu uel diffinitōe. Unde ratio substantie dicit̄ cōcept⁹ uel diffinitio uel rei eētia.

¶ Insequēter auctor ponit diffinitōnē vniuocoꝝ dicens q̄ vniuoca dicunt̄ quoz nomē cōmune est: et s̄m illud nomē ratio substantie est eadē. ut hoc nomē animal est vniuocū ad hoīez et equū: q̄ eius ratio sine diffinitio. s. substantia corporea aīata sensibilis ipsis vnit̄. Et patet omnia que ponunt̄ in diffinitōe vniuocoꝝ per ea que p̄dicta sunt de diffinitōe equiuocoꝝ.

¶ Deinde ponit diffinitōnē denominatiuoꝝ dicens q̄ denominatiua dicunt̄ quecūq̄ ab aliquo solo casu differētia sunt. et s̄m illud nomē habēt appellationē: ut a fortitudine fortis ab albedine albus.

¶ Circa qd̄ notandū q̄ denominatiua sunt concreta: et sunt duplicia: quedā in generibus accidentiū et quedā in genere substantie. Concretū in generibus accidentiū dicit̄ qd̄ importat̄ subiectū cū accidente ut albū. Abstractū vō importat̄ solū accidēs: ut albedo. Cōcretū vō in genere substantie s̄m Sco. v. di. p̄mi sen. importat̄ naturā cū supposito: ut homo. Abstractū vō importat̄ p̄cise ipsam naturā: ut humanitas. Denominatiua igit̄. i. cōcreta differunt ab ali quo. i. ab abstracto a parte uocis solo casu. i. sola cadentia seu finali terminatione uocis cū cōueniāt in principio ipsius uocis: uel s̄m Scotū. xi. di. 2. sentē. differūt solo casu: quia concretū importat̄ cadentia uel dependentiā accidētis ad subiectū uel formē ad suppositū qd̄ denominat. Ad autē abstractū. Et ista differētia est in modo significādi. ¶ Notandū etiā q̄ circa hoc est aliter dicendū s̄m grāmaticū et aliter s̄m logicū: quia enim grāmaticus cōsiderat nomina impositiones: ideo s̄m ipsum abstractū descendit a cōcreto: ut iusti addita tia fit iustitia. q̄ vō logicus magis considerat ipsas res in quātū sunt fundamē-

ta secundarum intentionum: ideo s̄m ipsum cōcretum denominatur ab abstracto. ut paries denominatur albus ab albedine sibi realiter inherēte. Cōcretum igitur uenit ab abstracto. q̄ prius est res eē s̄m se sicut significat̄ per abstractū q̄ ipsa inesse alteri sicut significatur per concretū.

¶ Quam que dicuntur quedā dicunt̄ cum complexione. ut hō currit. quedam sine complexione ut homo uel currit. Sed priusq̄ alterū mēbrū diuisionis huius subdividatur: distinguēdi sunt modi essendi in: q̄ necessarij sunt ad sequentes diuisionem cognoscendam: et ad ea que postea dicuntur. ¶ Primus igit̄ modus essendi in: est quādo aliquid dicit̄ eē in alio sicut pars integralis in suo toto. ut digitus in manu et paries in domo. Secundus modus eēndi in: est sicut totū integrale in suis partibus simul sumptis. ut domus in pariete tecto et fundamento. Tertius modus est sicut spēs in suo genere ut homo in aīali. uel vnumq̄dē inferius in suo superiori. Quartus modus est sicut genus in specie ut animal in hoīe. uel sicut qd̄libet superius in suo inferiori. Quintus modus essendi in dicitur sicut forma in materia et iste quintus modus subdividit̄. q̄ quedā est forma substantialis. ut aīa est forma substantialis hominis. quedā est forma accidentalis: ut albedo hoīs. et prima harū dicitur p̄prie inesse sicut forma in materia: ut anima in corpore. alia autē dicitur eē in alio sicut accidēs in subiecto ut albedo in pariete. Sext⁹ modus essendi in est sicut aliqd̄ est in sua causa efficiente. ut regnū in regēte. Septim⁹ modus eēndi in est sicut aliqd̄ est in suo fine ut vītus in beatitudine. Octauus modus eēndi in dicitur sicut aliqd̄ est in suo continente ut vinum in uas et locatū in loco. Hos autem octo modos eēndi in: distinguit aristoteles quarto physicoꝝ. Boetius autē assignat nouemq̄ subdividit quintus ut dictum est. vnde vsus. Insunt pars totum species genus et calor igni. Rex in regno. res in fine. locoq̄ locatum.

¶ Deinde ponit auct. duas diuisiones: quarū p̄ma est q̄ eoz que dicuntur quedā dicunt̄ cū cōplexione: ut homo currit. quedam sine cōplexione ut homo. Circa quod sciendum q̄ cōplexa dicunt̄ ea que cōplectuntur plures terminos uel dictiones. Est autem triplex complexio: scilicet rerum tantum: scilicet quando est vna uox simplex et plures res importate: ut album. Alia est complexio terminorum tantum: scilicet quando sunt plures termini importantes eandem rem: ut Marcus tullius. Alia est rerū et terminorum simul: ut in pposito. Dicit̄ etiam in pposito tantum valet sicut per uoces proferri uel significari. Et si arguatur q̄ hec diuisio nō sit bona: quia s̄m Boetiū in libro diuisionum. diuisio debet dari per opposita: s̄ in cōplexū nō opponit̄ cōplexo



cum sit eius pars. Respondeo qd incompletum cu sit quoddam concretum potest sumi dupliciter. scilicet formaliter pro ipsa ratione incompletionis: vel materialiter pro eo qd subest tali rationi. primo modo opponit completum. secundo modo non.

¶ Ad declarat: deus autem secunde diuisionis ponit auctor octo modos essendi in: qui possunt haberi per hos uersus. In sunt pars toti spes genus calor igni. Rex in regno res in fine locoq locatum. Primo enim modo dicitur aliquid esse in sicut pars integralis in suo toto: ut paries in domo esse habet qd est aliquid eius secundo modo sicut totum integrale in suis partibus: ut domus in tecto in pariete et fundamento: qd. scilicet. ex ipsis integraliter. tertio modo sicut species in genere ut homo in animali: qd videlicet sub ipso continetur. quarto modo sicut genus in specie ut animal in homine: qd est pars essentialis eius. quinto modo sicut forma in materia: siue sit forma substantialis: ut anima in corpore: siue forma accidentalis ut albedo in pariete. Est autem substantialis forma illa que dat esse simpliciter: siue esse substantiale. forma uero accidentalis que dat esse secundum quid: siue accidentale. Cognoscitur autem forma substantialis ab accidentali secundum Scotum. xi. di. 4. sen. q. iij. articulo 2. circa finem. qd dicitur in substantiis semper posterior est perfectior prior. ut anima adueniens corpori est perfectior forma corporis. Quando autem deuenit ad accidentales sequens est perfectior ultima precedente. 6. modo dicitur aliquid esse in sicut in suo efficiente ut regnum in regente. 7. modo sicut in suo fine. ut virtus in beatitudine: qd videlicet ordinatur ad beatitudinem. 8. modo sicut uinum in suo uase: uel locatum in loco qd ab ipso continetur.

**Q**uoniam que sunt quedam dicuntur de subiecto in subiecto uero nullo sunt. ut genera spes substantie et differentie earum que omnia dicuntur substantie uniuersales extenso nomine substantia. ut homo animal rationale. Vnde de subiecto prout hic sumitur est superius dici de inferiori ut animal dicitur de homine et homo de sorte et color de albedine. Et esse in subiecto sumitur secundum quod accidens est in subiecto. Alia uero neque de subiecto dicuntur neque in subiecto sunt ut individua substantie. Alia dicuntur de subiecto et sunt in subiecto. ut genera et species aliorum nouem predicamentorum dicitur de inferioribus. et sunt in subiecto sicut accidens in subiecto. ut color dicitur de albedine ut de inferiori: et est in corpore ut in subiecto. Alia uero in subiecto sunt et de subiecto nullo dicuntur. ut hec scientia est in anima ut accidens in subiecto: sed non dicitur de aliquo inferiori et iste color est in corpore ut in subiecto et non dicitur de subiecto. Omnis enim color in corpore est.

**Q**uoniam sequenter auctor ponit secundam diuisionem dicens qd eorum que sunt quedam dicuntur de subiecto: in subiecto uero nullo sunt: ut genera et species et differentie substantie que dicuntur de subiecto. id est de suis inferioribus: et non sunt in subiecto sicut accidens cum sint substantie. Unde dici de subiecto ut hic sumitur est predicari de suo inferiori:

ut homo de sorte et parte. Esse uero in subiecto est esse in aliquo sicut accidens in subiecto quod. scilicet. inheret substantie. Si arguitur contra predicta qd forma substantialis est in materia sicut anima in corpore. ergo est in subiecto. Respondeo qd non est in subiecto sicut accidens cum ex ipsa et materia constituat unum ens per se: non autem ex subiecto et accidente. Alia uero neque dicuntur de subiecto nec sunt in subiecto: ut individua substantie que non dicuntur de subiecto cum non habeant aliquid inferius sub se neque sunt in subiecto cum non sint accidentia. Alia autem sunt que dicuntur de subiecto et in subiecto sunt: ut genera et species nouem predicamentorum accidentium que dicuntur de subiecto. scilicet. de suis inferioribus: et sunt in subiecto cum sint accidentia. Alia uero in subiecto sunt: de subiecto uero nullo dicuntur ut individua de generibus accidentium: ut hec albedo hec nigredo que sunt in substantia sicut in subiecto: et non dicuntur de subiecto cum non habeant aliquid inferius sub se.

¶ Contra hanc diuisionem arguitur sic: qd secundum Boetium. omnis bona diuisio debet esse bimedbris. Respondeo qd uerum est: sed adde uel reducibilis ad bimedbrem. Et sic est in proposito. Nam incompleta significant substantiam uel accidens. Si substantiam uel uniuersalem uel particularem: si uniuersalem sic est primus modus: si particularem: sic est secundus modus si accidens hoc est dupliciter: qd aut accidens uniuersale: et sic est tertius modus: aut particulare: et sic est quartus modus.

**Q**uando alterius de altero predicatur ut de subiecto quecumque de eo quod predicatur dicitur omnia de subiecto dicuntur. ut sortes est homo homo est animal: ergo sortes est animal.

¶ Ulterius auctor ponit duas regulas quarum prima patet in littera. Ubi notandum qd hec regula habet ueritatem quando est predicatio essentialis superioris de inferiori. Et hoc notatur per illud quod dicitur ut de subiecto. Et ideo si arguatur. sortes est homo homo est species. ergo sortes est species. Non ualet qd cum species sit secunda intentio et ens rationis non predicatur essentialiter de homine.

**D**iuersorum generum et non subalternatim positorum diuerse sunt species et differentie ut animalis et scientie que sunt diuersa genera. Differentie enim animalis sunt rationale irrationale. diuiditur enim per has differentias: ut animalium aliud rationale aliud irrationale. differentie autem scientie sunt naturale morale et sermocinale. diuiditur enim scientia per has differentias. ut scientiarum alia naturalis alia moralis alia sermocinalis.

¶ Secunda regula hec est. Diuersorum generum et non subalternatim positorum diuerse sunt species et differentie: ut animalis et scientie que sunt diuersa genera. Differentie enim animalis sunt: rationale et irrationale. Differentie uero scientie sunt morale: et naturale: et sermocinale. Dicuntur autem genera non subalternatim posita: quorum unum non ponitur sub altero: ut sunt diuersa predicamenta. Si arguatur contra quia corpus ponitur inter species substantie et quantitatis. Respondeo qd corpus potest accipi uno modo prout dicitur trinam



dimensionem: et sic est in genere quantitatis. Alio modo pro illo cui inest ipsa trina dimensio: et sic est in genere substantie. Ponitur autem hec regula ad cognoscendum quod eentie predicamentorum sunt impermixte. Cum enim genera sunt idem essentialiter cum suis speciebus: si genera sunt diuersa species etiam erunt diuersae. Circa quod notandum quod licet aliqua genera sit distinctio realis: ut patet in substantia quantitate et qualitate. Quantitas enim et albedo panis remanent in sacramento altaris absque substantia panis. tamen ad distinctionem predicamentorum sufficit distinctio formalis: seu rationum formalium ipsorum. et sic eentie predicamentorum sunt impermixte formaliter: ut enim ait Ari. Nihil prohibet idem pluribus generibus enumerari. Unde ut ponit doctor subtilis Scotus. riiij. q. quolibetorum. Relatio quam habet actus intelligendi ad obiectum est proprie de genere relationis: et tamen est idem realiter cum actu intelligendi qui est quidam qualitas. Ad distinctionem ergo predictorum sufficit distinctio formalis. Illa autem distinguuntur formaliter secundum eundem doctorem. ij. di. p. sen. quorum unum non includit aliud in primo modo dicendi per se. Est autem primus modus dicendi per se quod diffinitio vel pars diffinitionis predicatur de diffinito. Ista autem distinctio formalis licet non sit realis proprie dicta: tamen non est distinctio rationis seu fabricata per opus intellectus. Unde cum idem tate reali stat distinctio formalis et ex natura rei. Quod declarat doctor ubi supra accipiendo albedinem que est una res et forma simplex. hec conuenit cum nigredine in ratione coloris: et differt a nigredine per propriam differentiam specificam. Cum ergo idem non possit a parte rei per idem cum alio differre et uenire oportet quod realitas a qua sumitur genus albedinis per quam conuenit cum nigredine sit alia a parte rei a realitate a qua sumitur differentia per quam differt a nigredine. Non est autem alia realiter cum albedo sit simplex forma. ergo est alia formaliter et ex natura rei: cum ista conuenientia albedinis et nigredinis sit a parte rei seclusa opinione intellectus.

Et contra arguitur sic. Omne ens autem est reale aut rationis. ergo omnis distinctio autem est realis autem est rationis. consequentia patet quod distinctio est passio entis ex quarto metaphysice. Rursum quod distinctio realis est duplex. Quedam est large supra et quaedam stricte. Distinctio large supra est omnis distinctio que habet esse circumscripto operatiue intellectus. Et de ista dico quod uerum est quod sicut esse ens autem est reale autem rationis: sic omnis distinctio autem est realis. id est non fabricata per intellectum: autem rationis. id est fabricata per opus intellectus. Alio modo distinctio realis sumitur stricte pro distinctione que est inter duas res quarum una est generans alia generata: uel quarum una potest corrumpi alia remanente. Et de ista non est uerum quod omnis distinctio sit realis uel rationis. Distinctio enim formalis non est realis hoc modo quod non est iterum et rem. Nec est rationis quod non est fabricata per opus intellectus. De uariis modis distinctionum reperies in primo philosophorum.

#### De predicamentis in generali.

Primum que secundum nullam complexionem dicuntur singulum aut significant substantiam: aut qualitatem: aut quantitatem: aut ad aliquid: aut agere: aut pati: aut ubi: aut quando: aut situs esse: aut habere. Est enim substantia ut exemplariter dicitur ut homo et equus. Quantitas ut bicu-

bitum tricubitum. Ad aliquid ut duplex tripulum. Qualitas ut albedo nigredo. Ubi: ut in loco esse. Quando ut heri fuisse cras fore. Situs ut iacere sedere. Habere ut amatum esse calciatum esse. Agere ut secare urere. Pati ut secari uri. His habitis dicendum est de uno quoque predicamentorum: et primo de substantia cum sit prior alijs predicamentis.

Iterius terminat auctor de predicamentis in generali di. quod terminorum incomplexorum singulum aut significat substantiam ut homo: aut quantitatem ut bicubitum: aut ad aliquid ut duplex aut qualitatem ut albedo: aut actionem ut secare: aut passionem ut secari: aut quando ut heri: aut ubi ut in loco: aut situm ut sedere iacere: aut habitum ut calciatum esse. Ad euentiam huius diuisionis sciendum quod complexa non sunt in aliquo uno genere: cum significant res diuersorum generum. Et ideo hic notatur dicitur eorum que secundum nullam complexionem dicuntur. Ex hoc etiam patet quod dicibile incomplexum ordinabile in genere sed sub et supra est subiectum libere predicamentorum. Nec diuisio etiam debet intelligi de dicibilibus incomplexis ueras res significantibus. Entia enim rationis que habent esse per actum intellectus comparatum: ut intentiones secunde non sunt in genere: cum predicamenta sint entia realia. Item debet intelligi de entibus completis: et ideo materia et forma que non sunt entia completa solum reductiue ponuntur in predicamento substantie et non per se. Debet etiam intelligi de entibus finitis. Ens enim infinitum cuiusmodi est deus non est in genere ut probat doctor subtilis Scotus. viij. di. p. sen. quod realitas a qua sumitur genus est potentialis ad illam a qua sumitur differentia: alias genus completum diffinitur. Nullum autem infinitum est potentiale ad aliquid: quod tunc posset intelligi perfectius. Unde infinitum non esset cum eo cum quo potest aliquo modo esse idem. Quilibet igitur entitas formaliter infinita identificat sibi quodcumque sibi compossibile. Ex infinitate ergo dei patet quod non est in genere. hoc idem patet ex eius simplicitate. Si enim in deo esset ordo realitatum quarum una esset contrahibilis et perfectibilis per aliam: tunc non esset summe simplex: quod ibi esset compositio saltem actus et potentie. Sed contra hoc arguitur quia ens cum dicat unum conceptum communem deo et creature: oportet quod contrahat ad illa: et sic ibi erit ordo realitatum: quarum una pertrahet aliam. Rursum quod contrahentia ens non sunt differentie: cum non constituent compositum cum pertracto. Contrahitur enim ens per finitum et infinitum que sunt modi intrinseci. Unde entitas in deo et infinitas non sunt due realitates: sed una simplex realitas in summo gradu perfectionis. Non sic de realitatibus a quibus sumitur genus et differentia: ut patet in albedine que est forma simplex: licet ibi compositio actus et potentie. Intellectus enim separatim uidentem albedinem uidet ibi duas realitates: quarum una est potentialis et perfectibilis per aliam. Est autem modus intrinsecus qui additus alteri non uariat rationem formalem eius: ut patet de albedine et eius gradibus. In quocumque enim gradu intelligatur esse aliqua perfectio qui gradus est gradus illius perfectionis: non tollitur ratio formalis perfectionis propter istum gradum. Notandum insuper quod sicut ens contrahitur ad deum et creaturam per modos intrinsecos: sic ens finitum ad substantiam et accidentem. Proprius modus substantie



est esse per se. accidentis vō est esse in alio. Et hoc conuenit accidentibus s̄m prius et posterius.

**De substantia.**

**Substantia** autem diuidit̄ per primam et secundam. **Prima substantia** est que proprie principaliter et maxime substare dicit̄. **Vel prima substantia** est que neq; in subiecto est neq; de subiecto dicit̄. ut aliquis hō aliquis equus. **Secunde substantie** sunt species in quibus sunt prime substantie et haruz specierū genera. ut homo et aīal. Est enim aliquis homo in hōie que est species: et hō in animali qd̄ est gen<sup>o</sup>. **Indiuidua substantie** dicuntur prime substantie. quia primo substant alijs. **Genera vō et species eorū** dicuntur secunde substantie q; secundo substāt alijs ut aliquis hō dicitur grāmaticus et currens et animal et substantia. ergo homo dicit̄ grāmaticus currens. aīal et substantia. **Item** ea que dicuntur de subiecto omnia predicantur nomine et ratione ut homo p̄dicatur de sorte et de platone. **Eorū vō** que sunt in subiecto: in pluribus quidē neq; nomen neq; ratio predicatur de subiecto. ut hec albedo uel hoc albū. **In aliquibus autem** nomen nihil phibet predicari de subiecto. rationē vō predicari de subiecto est impossibile ut albus predicat̄ de subiecto. ratio vō albi nunq̄ de subiecto p̄dicatur. **Item** secundaruz substantiaruz species est magis substantia q̄ genus. q; species est pp̄inquo: prime substantie q̄ genus. **Et etiaz** q; pluribus substāt. **Quibuscunq; enī** substāt genus eisdē substāt spēs et cum hoc species substāt ipsi generi. **S; species specialissime** equaliter substāt. et equaliter sunt substantie ut hō equus et similia.

**Incipit** auctor determinare de p̄dicamentis in speciali: et primo de substantia que est p̄ accidentibus ex 7<sup>o</sup> metaphysice diuidēdo eam per primā et secundam substantiam. **Ubi** notandum q; nomē substantie potest sumi a per se stando: et sic sumitur ab esse eius pp̄rio et absoluto: uel a substādo accidētib<sup>o</sup>: et sic sumit̄ ab eē ei<sup>o</sup> respectiuo per cōpositionem ad accidētia. **Deinde** diffinit̄ primam substantiā di. q; p̄ma substantia est que pp̄rie principaliter et maxime substāt. **Ponit̄** proprie ad differentiam accidētū: lz enī accidens possit esse subiectū accidētis: nō tamē ultimate terminat eius dependentiam. **Ponit̄** p̄ncipaliter ad differentiam secundarum substantiarū que nō substāt accidentib<sup>o</sup> nisi prout sunt in primis. **Homo enī** non dicit̄ albus aut niger nisi q; sortes uel plato est alb<sup>o</sup>. **Et deinde** ponitur maxime ad ostēdendam q; p̄me substantie plurib<sup>o</sup> substāt q; secunde: q; substāt oibus alijs quibus substāt secunde: et cū hoc ipsis secundis. **Alteri<sup>o</sup>** ponit̄ auctor secundā diffinitioē p̄me substantie di. q; p̄ma substantia est que nec est in subiecto nec dicit̄ de subiecto. **Nō** eē in subiecto hic ponit̄ ad ostēdendam q; accidētū que liberēt substantie. **Nō** dicit̄ vō de subiecto ponit̄ ad differentiam secundarū substantiarū

que dicunt̄ de suis inferiorib<sup>o</sup>. **Sed** contra hoc arguitur et videt̄ q; auctor sit sup̄fluus ponēdo plures diffinitiones prime substantie: q; vnus rei est vnus esse. ergo vna restitū habebit vnā diffinitionē cum diffinitio dicat esse rei. **Respondeo** q; vnus rei est vna diffinitio pp̄rie dicta que dat per genus et differentiā. **Sed** bene possunt esse plures descriptiones uel diffinitioēs large sumpte quibus notificatur quid per nomē importatur.

**Deinde** diffinit̄ secundam substantiā di. q; secunde substantie sunt species in quibus sunt p̄me: et ipsarū genera que dicuntur secunde substantie: q; secundario substāt accidentib<sup>o</sup>. **Indiuidua vō** dicuntur prime substantie: que primario substāt: ut dictū est. **Ad cuius** euidentiā notandū est q; differentia est iter accidentia cōmunia et accidētia pp̄ria: q; accidentia cōmunia per p̄us insunt indiuiduis q; spēsibus: quia homo nō est albus neq; niger. nisi q; sor. uel plato. **Sed** accidentia propria sunt ecōuerso. **Sor.** enim nō est risibilis nisi in quātum hō. **Consequēter** dicit auctor q; ea que dicunt̄ de subiecto p̄dicant̄ de eo nomine et ratione: ut homo de sor. **Eorū vō** que sunt in subiecto ut in pluribus neq; nomē neq; ratio predicatur de subiecto: ut albedo. **In alijs vō** nomen nihil phibet p̄dicari de subiecto: ut albus de corpore predicatur. rationem vō albi impossibile est predicari. **Circa** qd̄ notādum q; nomē de subiecto predicari est nomē de subiecto uerificari: ut homo est albus. **Ratio vō** dicit̄ predicari quando diffinitio uel cōcept<sup>o</sup> predicati includit̄ essentialiter in subiecto: ut homo est aīal. **Secunde** ergo substantie p̄dicant̄ nomine et ratione de p̄mis cū essentialiter includantur in illis. **Abstracta vō** de generibus accidentiaruz nec nomine nec ratione predicant̄ de p̄mis substantijs. **Unde** illa est falsa. sor. est albedo. **Concreta vō** predicant̄ s̄m nomen quia illa est uera. sor. est alb<sup>o</sup>: sed non s̄m rationem: q; ipsa albedo quā importat hoc nomen albus non includitur eēntialiter in sor. **Insuper** comparat secundas substantias ad inuicē di. q; secundarum substantiarū magis est substantia species q; genus q; pluribus substāt. **Quibuscunq; enī** substāt genus eisdē substāt et species: et cum hoc etiam ipsi generi. **Dicit** etiam q; species specialissime eque naturaliter sunt substantie: ut homo equ<sup>o</sup>: quod est intelligendum non quin vna species substantie sit perfectior alia. homo enī est perfectior equo. **Sed** est intelligendum quātum ad substādū accidētibus quia equaliter descendūt in indiuidua: et sic equaliter substāt accidentibus suorū indiuiduorum.

**His** visis dicendū est de cōmunitatib<sup>o</sup> et proprietatibus substantie. **Cōmune** est oī substantie in subiecto nō esse. quia esse in subiecto competit solum accidētī. **Hoc** patet in primis substantijs per diffinitionem prime substantie. **In secundis autem** patet inductioe et syllogismo. **Inductioe** sic. homo non est in subiecto equus nō est in subiecto. neq; animal et sic de singulis. ergo nulla secunda substantia est in subiecto. **Syllogismo** sic: nihil eoruz que sunt in subiecto predicatur nomine et ratione de subiecto: sed omnis secunda substantia predicatur nomine et ratione de subiecto. ergo nulla secunda substantia est in subiecto.



Hoc autem non est proprium substantie sed etiam differentie competit. et hoc intelligitur de differentiis substantie. Nec est instantia de partibus substantie que sunt in suo toto. et ideo videntur esse in subiecto. quia aliud est modus eendi in: ut accidens in subiecto. Et aliud sicut pars est in suo toto: ut prius patuit. Item omnibus secundis substantiis et differentiis earum convenit univoce predicari de primis. hec enim omnia predicantur de primis substantiis nomine et ratione quare univoce predicantur. Item omnia prima substantia significat hoc aliquid id est individuum et unum numero. Sed secunda substantia videtur significare hoc aliquid sub appellationis figura: eo quod est in prima substantia. vel etiam de essentia eius non tamen significat hoc aliquid sed potius quale quid: sive quid esse. non enim illud quid significat per secundam substantiam est unum numero sicut illud quod significat per primam substantiam. Item substantie nihil est contrarium: sed hoc non est proprium substantie. quia non convenit soli substantie sed etiam quantitati et quibusdam aliis. Item substantia non suscipit magis et minus. Non enim dico quod una substantia non magis subsistet quam alia. Sed dico quod unaqueque substantia secundum esse suum non intendit neque remittit: ut album quicquid est magis album quicquid minus album. Sortes vero non est magis homo uno tempore quam alio tempore nec magis homo quam plato. Item proprie proprium est substantie cum sit una et eadem numero secundum sui mutationem esse susceptibile contrariorum. ut idem homo aliquando est albus. aliquando niger. aliquando calidus. aliquando frigidus. aliquando pravus aliquando studiosus. Nec est instantia de oratione quia licet hec eadem oratio sortes sedet aliquando sit vera aliquando falsa. tamen hoc non est secundum sui mutationem: sed secundum mutationem rei. ut quia sortes sedet vel currit: et ideo nota quod verum et falsum sunt in rebus ut in subiecto et sunt in oratione ut in signo. Unde equivoce modus essendi in: cum dicitur verum et falsum esse in rebus et in oratione. Similiter equivoce susceptible: cum dicitur res est susceptibilis veri et falsi. et oratio est susceptibilis veri et falsi sicut equivoce susceptible cum dicitur urina est susceptibilis sanitatis: et animal est susceptibile sanitatis. Nec enim suscipit sanitatem quia significat eam. Illud vero quod est subiectum eius. et ita hoc proprium non convenit orationi sed soli substantie. Ponit consequenter auctor proprietates substantie. Prima est quod commune est omni substantie in subiecto non esse. Et dicitur notate commune quia ista proprietas convenit omni substantie sed non soli. Et sic inest substantie in secundo modo proprii. Quod enim conveniat omni substantie patet: quia substantia est ens per se stans et non inherens sicut accidens quod semper inheret actu vel

aptitudine: licet enim quantitas et albedo in sacramento altaris non inhereant actu substantie panis: tamen habent aptitudinem ad inherendum. Probat autem auctor hanc proprietatem inductione et syllogismo sicut patet in textu. Et si instet de partibus integralibus substantie que sunt in subiecto: et sic hec proprietas non conveniet omni substantie. Respondetur quod partes integrales non sunt in aliquo sicut accidens in subiecto sed sicut partes in subiecto toto. Quod autem hec proprietas non conveniat soli substantie probatur quia convenit differentiis substantie que non sunt in aliquo sicut accidens in subiecto: que tamen non sunt in genere substantie per se sed reductivum tamen. Solum enim per se in genere sunt illa que sunt in recta linea predicamentali que predicantur in quid de inferioribus: ac ipsum individuum abstrahens ab existentia actuali: ut hic homo includens tamen naturam specificam cum differentia individuali: ut ponit doctor subtilis Seco. di. iij. 2. sen. Secunda proprietas substantie est quod omnibus secundis substantiis et differentiis eorum convenit univoce predicari de primis. Quod ex hoc patet: quia essentialiter includuntur in primis. Inest autem ista proprietas substantie in secundo modo proprii ut procedens cum non tamen conveniat illis que sunt per se in genere substantie sed etiam reductivum. scilicet differentiis earum. Et si arguatur contra quia album bene predicatur univoce de ligno et lapide. ergo non convenit solis substantiis secundis univoce predicari de primis. sequentia est nota et probatur antecedens quia album dicitur unum conceptum ad lignum album et lapidem album. Respondetur quod licet album sit predicatum univoce: non tamen univoce predicatur: ut enim dictum est in fine predicabilius. aliud est univoce predicari: et aliud est univoce predicari. univoce enim predicatum est cuius conceptus in se est unus. Et hoc modo album dictum de ligno albo et lapide est predicatum univoce. univoce vero predicari est quando ratio predicati includitur in ratione subiecti: sic non predicatur album de lapide. Et sic ratio albi non includitur in ratione lapidis. Tertia proprietas substantie est quod omnis prima substantia significat hoc aliquid. secunda vero substantia non significat hoc aliquid sed potius quale quid: licet videatur significare hoc aliquid sub appellationis figura. Circa quod notandum quod prima substantia significat hoc aliquid. id est individuum per se subsistens seu suppositum quod per se subsistit. id est independentem existit. secundum enim Seco. i. di. 3. sen. q. j. Ratio suppositi consistit in duplici negatione: videlicet quia nec dependet actu nec aptitudine. Unde albedo que est in pariete non est suppositum quia actu dependet a pariete substantive. Anima etiam separata licet per se existat non tamen est suppositum. Non enim subsistit seu independentem existit: licet enim non dependeat actu a corpore dependet aptitudine: quia habet inclinationem naturalem ad informandum corpus. Secunda autem substantia significat quale quid. id est substantiam pluribus communicabilem. Unde quid dicit substantiam: licet enim quiditas seu diffinitio reperitur in accidentibus proprius tamen reperitur in substantia. Quale vero dicit formam multis communicabilem. Superiora autem dicuntur forme compositionem ad inferiora: ut patet ex quinto et septimo metaphysice. hinc est quod illa que ingrediuntur diffinitionem quidditativam cuiusmodi sunt genera et differentie dicuntur apud formalizantes quiditates seu formalitates: quia vero eadem res aliquando appellatur nomine secunde



substantie: aliquando nomine prime: ut for. aliquando appellatur homo et aliquando for. ideo secunda substantia videtur significare hoc aliquid sub figura appellationis: id est propter similitudinem appellationis. **C** Quarta proprietas substantie est quod substantie nihil est contrarium: sed hoc non est proprium substantie quia convenit quantitati et quibusdam alijs. Ad cuius evidentiam sciendum quod diversitas potest accipi dupliciter. scilicet large et stricte. Contraria stricte sunt forme positive sub eodem genere posite maxime a se distantes: que in eodem susceptibili vicissim insunt. Large vero dicuntur contraria que habent aliquas conditiones requisitas ad diversitatem: sed non omnes. Et sic sumendo contrarietatem substantie inest diversitas. forme enim substantialis ignis et aque sic contrariantur cum sint forme positive que non possunt eidem simul inesse: sed bene successiue. Non enim possunt reduci ad privationem et habitum: quia una forma includat privationem alterius: non tamen precise. Sed ultra hoc dicit aliquid positivum. hoc etiam modo ponitur contrarietas differentiarum eiusdem generis 1<sup>o</sup> metaphysice. Sumendo vero contrarietatem stricte contrarietas non inest substantie: quia ad minus ibi deest una conditio: numerum requisitam ad contrarietatem videlicet quod forme contrarie sint maxime distantes a se invicem. Et sic loquitur Aristoteles 5<sup>o</sup> physicorum: ubi probat quod ad substantiam non est motus: quia substantie nihil est contrarium. Motus autem fit a contrario in contrarium. Nam cum de ratione motus sit quod fiat in tempore impossibile est aliquid moveri ab uno in aliud nisi inter illa sit quedam distantia et quidam gradus secundum quos successiue eatur in illud. Cum ergo in forma substantiali non sint aliqui gradus. forma enim substantialis consistit in indivisibili non possumus intelligere quod proprie sit distantia inter formas substantiales. Et sic non erit ibi contrarietas proprie: nec per consequens motus: licet enim iter substantias non sit proprie contrarietas quantum ad suas formas substantiales: bene tamen est contrarietas quantum ad formas accidentales: ut caliditas ignis et frigiditas aque contrariantur. Et si arguas quod unus homo alteri contrariatur: quia unus alium aliquando interficit. Respondeo quod non provenit ex contrarietate formarum substantialium: sed ex malitia eorum. **C** Quinta proprietas substantie est quod substantia non suscipit magis et minus: ut unus homo non est magis homo in uno tempore quam in alio. Ad cuius evidentiam sciendum quod hec proprietas non intelligitur quod una substantia non magis subsistet accidentibus quam alia: ut patet in precedentibus. Item non intelligitur quod una natura non sit perfectior alia. Natura enim bruti est perfectior natura arborum cum anima sensitiva sit perfectior anima vegetativa. et natura humana est perfectior natura bruti. Unde dicit Aristoteles 1<sup>o</sup> metaphysice: quod in unoquoque genere est unum primum quod est metrum et mensura omnium aliorum: quod non debet intelligi de mensura per replicationem: sicut ulna mensurat panum: sed de mensura secundum perfectionem. Cognoscitur enim perfectio animalium secundum accessum eorum ad perfectionem nature humane: sicut ovis est perfectior animal quam asinus: quia magis habet accessum ad humanam naturam quam asinus. Item non debet intelligi quod una substantia non sit perfectior altera etiam eiusdem speciei: licet Aristoteles videatur sentire oppositum. dicere enim quod anima christi vel virginis gloriose non sit nobilior etiam essentia liter quam anima inde non solum est absurdum: sed etiam tanquam erroneum parisiensis et colonie condemnatum. Sed quod dicemus ad philosophum: oportet dicere quod loquitur

 trem pater erit notio: filio. Cõ Respondeo ad p̄mũ  
 & dico q̄ illa res que est pater p̄t cognosci nõ cog-  
 nita illa re que est filius: tamẽ pater inquãtũ pater nõ  
 potest diffinite cognosci: nisi in ei⁹ diffinitione pona-  
 tur filius & ecõtra. Unde si diffiniatur pater dicit  
 q̄ pater est ille qui de substantia sua habet alium ge-  
 nitum. s. filium. Si autẽ diffiniat paternitas dicit  
 q̄ paternitas est relatiõ seu dependentia patris ad  
 filium. Cõ Ad secundũ dicendũ ut dicit Scotus  
 xx. & xxxv. di. p̄mi senten. q̄ absolutum filij termi-  
 nat dependentiam patris. & econtra absolutum  
 patris terminat dependentiam filij. Pater igitur  
 in quantum pater diffinitur per absolutum filij.  
 & filius



et filius in quantum filius per absolutum patris. Et sic non est circulus in diffinitione nec idem est notius seipso.

**C** Ad intelligentiam predictorum notandum quod tres relationes habeant distinctiones specificas secundum suas proprias differentias sicut alia predicamenta: tamen quia sunt nobis ignote accipimus distinctionem earum per fundamenta per que circuloquimur huiusmodi differentias specificas que forte propter earum modicam entitatem latent nos: ita quod ex fundamentis innotescit nobis distinctio earum relationum: siue effective: siue materialiter.

**C** Item notandum quod tres relationes non possunt esse sine fundamento et termino: ut dictum est tamen fundamentum aliqui bene posset esse sine relatione. Relatio enim dupliciter potest se habere ad absolutum. uno modo continetur et per accidens: sicut homo potest esse sine paternitate. alio modo necessario sicut relatio creature ad deum. Nemo enim potest esse creatura sine relatione dependentie ad deum conservantem eam in esse: sed autem talis relatio sit eadem realiter cum fundamento non tamen formaliter: cum respectus non possit esse de essentia absoluti ex 4<sup>o</sup> metaphysice: tunc enim idem esset essentialiter absolutum et respectivum. de quo Seco. i. di. 2. sen. q. v. **C** Alterius notandum quod relatio est nomen equivoicum vel relationem realem et relationem rationis: sicut ens ad ens reale et relationis. Et ideo relatio rationis non est in genere relationis: cum predicamenta sint entia realia ex 5<sup>o</sup> metaphysice: ubi ens per se dividitur in decem predicamenta. Ad relationem autem realem tria requiruntur secundum Seco. xxxi. di. p. sen. in solutione questionis. 7. vii. q. quolibetorum. primo quod extrema sint realia. scilicet fundamentum et terminus. secundo quod sint realiter distincta. tertio quod ex natura extremorum sequatur talis relatio absque operatione alicuius potentie comparantis unum alteri. Relatio autem rationis est fabricata per aliquam potentiam comparantem unum ad aliud ut univocalitas est relatio rationis causata per intellectum comparantem unum superius ad multa inferiora: et si illud superius immediate comparet ad singularia dicitur species que est nomen impositum ad significandum huiusmodi respectum rationis. Si vero illud comparet non immediate comparet ad singularia dicitur genus primum vel subalternum: et sic semper ascendendo usque ad genus generalissimum imo usque ad ens quod est primum univocale communissimum. Et tales relationes rationis sunt intentiones secundum de quibus est consideratio logica. Et generaliter omnis relatio in qua deest aliqui trium conditionum predictarum est relatio rationis: propter primam oppositio contradictoria est relatio rationis: quia unum contradictorium nihil ponit. propter secundam relatio eiusdem ad se est relatio rationis: quia non sunt ibi extrema realiter distincta. propter tertiam relatio dei ad creaturam est rationis: quia est per intellectum comparantem deum ad creaturam: sed creatura ad deum sit relatio realis. Ubi sciendum quod quando est relatio realismur duorum extremorum ad invicem in quolibet extremo est ratio fundandi unam relationem et terminandi aliam: ut iter patris et filium pater fundat relationem paternitatis et terminat relationem filiationis. filius vero fundat relationem filiationis et terminat relationem paternitatis. In proposito non sic sed enim creatura possit fundare relationem realem ad deum: non tamen e converso. Quia enim deus sit ita simplex quod est quicquid habet non potest fundare relationem realem ad creaturam. quia tunc illa relatio esset deus. Ex quo ulterius sequeretur cum relatio coerigat extremum ad sui esse quod deus non posset esse sine creatura: et sic non posset esse summe necessarius: quia seclusa creatura posset non esse. De re

lationibus etiam multa habentur 2<sup>o</sup> physico: et 5<sup>o</sup> metaphysice. ideo magis succinte pertranso. Ibi autem ponuntur tres modi relativorum secundum diversa fundamenta relationum. primo modus est relationum fundatarum super numerum et unum: super numerum ut sunt proportionales: ut duplum et dimidium. Super unum autem in substantia fundat relatio identitatis. Super unum vero in quantitate relatio equalitatis. Super unum autem in qualitate relatio similitudinis. Secundus modus relativorum est relationum fundatarum super potentiam activam et passivam: ut paternitas fundat super potentiam activam generandi: et filiationem super potentiam passivam. Tertius modus est relationum fundatarum super mensurabile et mensuratum: ut scia refertur ad scibile. et intellectio ad intelligibile: quod est verum non de mensura quidditativa sed secundum esse et veritatem. Actus enim intelligendi est aptus naturaliter mensurari. id est actualiter dependere in entitate et cognoscibilitate ab obiecto participando ipsi sicut si quis dicit illud cuius est. Est autem ibi relatio realis aptitudinalis et non actualis. Et ideo notate dicitur mensurabilis ad mensuram et non mensuratum. Quia enim obiectum non existit vel scientia causat a deo tunc non mensurat actu a scibili: ut declarat Seco. xii. q. quolibetorum. Et si arguatur quod obiecto non existente non habet scientia de eo: quia ut dicit hic Aristoteles. Corrupta re scibili corrumpitur scientia que est de eo. Respondetur quod illa auctoritas philosophi est vera: corrupta re scibili quantum ad esse essentie et esse existentie. Et si arguas quod si corrupta res quantum ad esse existentie: corrumpitur quantum ad esse essentie: cum non sit dare esse essentie sine esse existentie. Respondetur quod esse essentie non remanet extra intellectum sine esse existentie: bene tamen remanet in intellectu et hoc sufficit secundum enim Seco. vii. q. quolibetorum articulo 2<sup>o</sup>. Scientia non requirit existentiam sed solas quidditates in anima. Est autem in primis duobus modis relativorum mutua dependentia. Duplum enim realiter refertur ad dimidium: et e converso. sicut pater realiter refertur ad filium et e converso. Non sic in tertio modo sed enim scia realiter refertur ad scibile: non tamen e converso. Ex quo patet quod illa proprietas quod relativa dicuntur ad convertentiam non convenit nisi relationibus primis et secundi modi loquendo de convenientia reali. sed enim scientia realiter refertur ad scibile non tamen e converso. Illa enim res que est scibilis: utpote lapis non refertur realiter ad scientiam: sed etiam scibile in quantum scibile refertur ad scientiam non tamen relatio reali: sed rationis tantum.

**De qualitate.**

**Q**ualitas est secundum quas quales esse dicimur. ut secundum albedinem dicimur albi. et secundum colorem colorati. et secundum iustitiam iusti.

**I**tem autem determinat de predicamento qualitatis: et describit qualitatem dicitur quod qualitas est secundum quam quales esse dicimur: ut secundum albedinem dicimur esse albi. Ad cuius evidentiam sciendum quod qualitas potest sumi dupliciter. uno modo per forma de genere qualitatis que qualificat subiectum accidentaliter. Alio modo pro differentia essentiali cuiuslibet generis que predicatur in quale. In divinis autem sed non sit differentia proprie: tamen illa que habet rationem actus vel quasi forme potest dici qualitates. Unde secundum Seco. di. xxvii. p. sen. in solutione ar. attributa divina dicuntur illa que perficiunt essentiam in esse 2<sup>o</sup> quasi qualitates: ut caritas: sapientia: veritas: bonitas. Non sic autem se habent intellectus et voluntas: sed sunt quedam perfectiones intrinsece in entia presupposite omni quantitati et qualitati. et sic qualitas non est in genere sed sumitur transcendenter. **C** Item



notandū q̄ lz abstractū sit prius natura p̄creto sicut causa suo effectu formali tamē cōcretū est nobis notius: 7 ideo qualitas notificat per suum cōcretū: ut per notius nobis. Quale v̄o notificat per abstractū ut per p̄s simpliciter. Notandū etiā q̄ hec dictio dicimur in hac descriptiōe referē ad substantiāz in cōmuni. Qualitas ergo est s̄m quā nos substantie dicimur. i. denotamur accidentaliter quales. Et ponitur accidentaliter p̄pter differētiās essentialēs a quibus essentialiter dicimur quales.

Qualitatis quatuor sunt spēs. Prima est habitus et dispositio. Differt autē habitus a dispositione. q̄ habitus permanētior est et diuturnior ut sunt virtutes et scientie. Scientia enī difficillime est mobilis nisi forte grandis p̄mutatio fiat: uel ab egritudine ul' ab aliquo huiusmodi circa scientes. Similr de virtute. Iustitia enim uel castitas non cito de facili permutantur. Dispositiones v̄o dicuntur que de facili permutantur. ut calor frigiditas egritudo sanitas. An habitus possunt dici dispositiones et non eōuerso. Illi enim qui habitū habent quodāmodo sunt dispositi uel melius uel p̄ius ad ea que habēt. dispositiones autē non sunt habitus. Unde habitus p̄t sic diffiniri. Habitus est q̄litas difficillime mobilis. Secunda spēs q̄litas est naturalis potētia uel impotentia aliquid facile faciēdi uel patiēdi. ut sanatiuus dicitur qui habet naturalē potētiāz ut nihil ab aliquibus accidētibus egritudinē inferentibus patiat̄ 7 egrotatiuus dicitur qui habet naturalē impotentiam aliquid patiēdi. durum autē dicitur habere naturalē potētiā resistēdi sectioni. 7 molle naturalē impotentia q̄ cito secat̄. Cursores 7 pugillatores dicuntur similiter de ista specie: non q̄ exerceāt actus suos: sed quia habēt naturalem potētiā hoc faciēdi. Tertia spēs qualitatis est passio 7 passibilis qualitas ut ille qualitates que efficiūt in sensibus passionēs. ut in gustu dulcedo amaritudo 7 silia. et etiā ille q̄litas sunt in hac specie que ab aliquibus passionibus generantur uel facile uel difficile mobilibus et p̄manētibus. siue enī nigredo ab aliqua passiōe naturali generetur siue ab egritudine uel ab estu. qualitas passibilis dicitur. Quarta v̄o spēs qualitatis est forma et circa hoc aliquid p̄stans figura ut dispositio corporis. ut triāgulatio quadrāgulatio rotūditas curuitas rectitudo. Qualitatis quatuor sunt spēs. Hic p̄t anc. quatuor spēs. quarū p̄ma est habitus 7 dispositio. Est autē dispositio qualitas de facili mobilis. habitus v̄o de difficili mobilis. Unde habitus 7 dispositio tantū differunt s̄m p̄fectus 7 imperfectus. Et ideo faciūt p̄maz spēm qualitatis. P̄fectus enim 7 imperfectus ut vir 7 mulier nō uariāt spēm s̄m. Alii. in libro de animalibus. Unde eadē qualitas ut virtus uel scientia dicitur est in fieri 7 in esse imperfecto dicitur dispositio:

dum v̄o habet esse p̄fectus p̄manens 7 radicatus in subiecto dicitur habitus. Et dicit auctor q̄ ois habitus potest dici dispositio: lz nō eōuerso: qd̄ est uerum nō qdem sumēdo dispositiōem stricte pro qualitate de facili mobili: sed large pro oī q̄litate disponente subiectū suum ad operationē: siue p̄fecte: siue imperfecte. Et oēs tales qualitates ponunt in hac specie: siue sint corporales: ut calor frigiditas egritudo sanitas: siue sp̄iales ut actus intellectus. Unus enim actus ad alium actū inclinatur: 7 ex ipsis generatur habitus. Itē spēs intelligibiles habitus intellectuales: ut intellectus sapientia. 7 morales ut iustitia 7 castitas 7 huiusmodi. 7 virtutes infuse: ut fides spes caritas ponunt in hac specie. Notandū tamē q̄ habitus potest tripliciter sumi. Uno modo pro quacūq̄ forma habētē p̄uationē sibi oppositā. Alio modo pro inherētia corporis ad ea que sunt circa corpus. Et sic est p̄dicamentum distinctū ab alijs. Tertio modo pro qualitate disponente suū subiectū ad operationē: 7 sic sumitur in p̄posito. Contra tamē p̄dicta arguitur sic. Nullum ens rationis est de genere qualitatis: cū qualitas sit ens reale: sed scientia est ens rationis: ergo nō est de genere q̄litas. Respondeo q̄ ens rōnis p̄t sumi tripliciter s̄m. Seco. i. di. 4. sen. q. ij. articulo p̄mo. vno modo p̄ illo qd̄ habet eē in aīa subiectiue: ut spēs actus 7 habitus. alio modo obiectiue: sicut vniuersalia sūt in aīa per spēs a reb' causatas uel adeo ip̄e illas. tertio modo pro cōparatiōe qua intellectus cōparat vniū obiectum cognitū ad aliud obiectū cognitū. Quz ergo dicitur q̄ nullū ens in aīa est de genere qualitatis: uerū est de ente in aīa tertio modo dicto. Tale enī ens est relatio ratiōis cuiusmodi sunt secūde intētiones nec hnt aliqd̄ esse reale: sed hnt tñ eē obiectiue in intellectu. Secūda spēs q̄litas est naturalis potētia uel ipotētia aliquid facile faciēdi ul' patiēdi: ut sanatiuus dicitur aliquid q̄ habet naturalē potētiā ad facili resistēdi suis p̄ijs 7 nociuis. egrotatiuus v̄o eo q̄ habet naturalē ipotētiā ad huiusmodi: sic durū habet naturalē potētiā: ut nō cito secef. Molle v̄o h̄z naturalē potētiā ad huiusmodi. Cursores quoq̄ 7 pugillatores dicunt nō qui actus illos exerceāt: s̄ qui hnt naturalē potētiā ad facili huiusmodi actus exerceōs. Circa qd̄ notandū q̄ p̄ naturalē potētiā ul' ipotētiā circūloquit̄. Alii. quādā spēs s̄balternā q̄litas cōpre hēdentē oēs facilitates uel difficultates naturales ad agēdū ul' patiēdū. Itē notandū q̄ potētia p̄t capi tripl̄. vno modo pro respectu potētie ad opationē: 7 sic p̄tinet ad gen' ratiōis: uel pro fundamētō talis respectus: qd̄ est absolutū 7 p̄ncipiū opatiōis: sicut intellectus 7 uoluntas sunt p̄ncipia p̄ductiua intellectiōis 7 uolitiōis: uel pro facilitate 7 agilitate utēdi huiusmodi potētia. Hoc 3° modo sumitur naturalis potētia in p̄posito s̄m. Seco. xvj. di. 2. sen. in solutiōe arg. ut patet per exēplū de cursores 7 pugillatore. nō autē secūdo modo. Intellectus 7 uoluntas cum sint p̄fectiōes intrinsece ipsius aīe. 7 s̄m. Aug. 5° de tri. sunt vna mens vna eētia vna uita nō sunt accidentia ipsius aīe s̄z ponuntur in eodē genere cū ip̄a. Hoc idē ponit sanctus Bonauentura. lz autē huiusmodi potētie sint idē realiter cū aīa distinguunt tñ formaliter de quo al̄s magis videbitur. Itē notandū q̄ p̄ma 7 secūda spēs qualitatis differunt: q̄ facilitates naturales ponunt in secūda spēs. Dispositiones v̄o 7 habitus acq̄siti in p̄ma: ut facilitas naturalis ad pugnādūz ponit in secūda specie. Acq̄sita v̄o per



artem et exercitium ponuntur in prima. Sic egrotatus put dicit difficultatem naturalem ad resistendum. Infirmus et egritudinem causantibus ponit in secunda specie. Ipsa vero egritudo acquisita ponit in prima; que si sit de facili curabilis dicitur dispositio: si vero sit incurabilis dicitur habitus. Item naturale potest capi dupliciter. Vno modo quod ortum habet a natura: et sic pertinet ad hanc speciem. alio modo quod inest alicui a principio conditionis nature: non tamen naturaliter: sed gratuite seu per donum naturalibus superadditum: sicut angelis a principio creationis fuerunt impressae species seu similitudines omnium naturarum: et virgini purissime in instanti creationis anime eius fuit collata gratia equalens iustitie originali: per quam fuit a peccato originali preserua ta. et tale naturale non spectat ad secundam speciem qualitatibus: sed ad primam.

Tertia species qualitatis est passio et passibilis qualitas. Unde in hac specie ponuntur omnes qualitates sensibiles que sunt obiecta sensuum que dicuntur passibiles qualitates: quia sunt nature inferre passionem sensibus: ut sonus: color: lux: caliditas: frigiditas: et huiusmodi. Et omnes qualitates que ab huiusmodi generantur ut sunt species obiectorum recepte in potentibus organicis et passiones appetitus sensitivi. ut delectatio: tristitia ira. Tales autem qualitates sunt perfectiones potentiarum organicarum: dicuntur tamen passiones eo quod recipiuntur in ipsis organis. Recipere enim large dicitur pati: sicut lumen quod est species lucis ponit in hac specie a Seco. xiiij. di. 2. sen. in solutione questionis. Differunt etiam passio et passibilis qualitas. passibilis qualitas dicitur talis qualitas subesse perfectio permanenti in subiecto: ut rubedo que puenit in aliquo a natura. sed passio dicitur illas qualitates secundum esse imperfectam et non permanentem: ut rubedo que puenit in vultu hominis ex uerecundia: cuius causa est quod facies est subiectum uerecundie. Et ideo sanguis qui est amicus nature uadit ad cor: corroborandum membrum lesum quantum potest. Sic homo efficitur pallidus propter timorem quod inter cetera membra cor magis timet: et ideo ad ipsum confortandum sanguis exit de facie: et sic remanet pallida.

Circa predicta potest dubitari de caliditate que ponitur a philosopho in prima et tertia specie qualitatis. Ad quod potest dici quod hec species distinguitur a prima: quod forma per comparationem ad actum que potest efficere dicitur dispositio quo ad primam speciem. et sic caliditas ponitur in prima specie per comparationem ad calefacere. forma vero producta ab agente in quantum recipitur in passio dicitur passio. et sic caliditas ponitur in tertia specie: uel in quantum nata est inferre passionem sensui. De operatibus etiam immanentibus cuiusmodi sunt intellectio et uoluntio que sunt uere qualitates: et uideatur quod sint in predicamento actionis: dicitur Seco. xiiij. q. quolibetorum: quod uideatur rationabilius ipsas ponere in prima specie qualitatis in qua ponuntur omnes qualitates spirituales: siue sint in fieri ut operatio: siue in esse perfecto et permanenti ut habitus: sed si sit in esse imperfecto dicitur dispositio. In tertia autem specie solum exemplificat Aristoteles de qualitatibus corporalibus. Dicit tamen quod forte huiusmodi operationes possent poni in hac specie: cum sint quedam passiones. Et tunc oportet dicere ad Aristoteles quod solum ponit exempla de qualitatibus sensibilibus tanquam de magis notis. per has etiam intelligens spirituales. De hac materia dicitur Scholasticus quod non est intentio philosophi ponere quod iste species a se mutuo uniuersaliter remoueantur: sed quod de semu

tuo saltem particulariter predicentur. Et ex hoc mone tur quod Aristoteles ponit caliditatem in prima et tertia specie qualitatis.

Quarta species qualitatis est forma uel circa aliquid constans figura. Circa quod sciendum quod hec forma potest sumi pro forma substantiali uel accidentali: ut alibi dictum est: tamen in proposito forma et figura sumuntur pro eodem uidelicet pro dispositione uel terminatione quantitatis. Unde in aliquare figurata possumus considerare tria: uidelicet ipsam rem ex qua constat: utpote lignum. Et quo ad hoc pertinet ad genus substantie. Secundo possumus considerare quantitatem eius terminatam linealiter et superficialiter. Et sic pertinet ad genus quantitatis. Tertio considerare possumus terminationem uel dispositionem qualitatis que potest dici forma uel figura eius: et de hac in proposito. figure igitur uel forme sic accepte reponuntur in hac specie: ut rectitudo curuitas triangulatio quadrangulatio.

Qualia uero dicuntur que secundum hec de nominatiue dicuntur uel quolibet aliter ab his: ut a grammatica grammaticus a iustitia iustus. Uel quecumque dicuntur ab aliqua qualitate non denotatiue eo quod nomen non est impositum ipsi qualitati ut cursor et pugillator. Et nota quod cursor et pugillator dicuntur dupliciter. Vno modo dicuntur cursor et pugillator ab arte currendi et pugillandi. et sic sunt in prima specie qualitatis: quod iste artes sunt habitus. Alio modo dicitur cursor non quod habeat artes currendi: sed quod habet naturalem potentiam ad actum currendi: et pugillator non quod habeat artem pugillandi sed quod habet naturalem potentiam ad actum pugnandi. Et isto modo dicuntur qualia ab istis naturalibus potentibus sed non denotatiue eo quod nomina non sunt imposita istis naturalibus potentibus a quibus dicuntur qualia: Et sic cursor et pugillator sunt in secunda specie qualitatis. Alia autem dicuntur qualia non denotatiue quando nomen est impositum qualitati secundum quam dicitur quale sed ea non participat secundum illud nomen: ut studiosus a uirtute. et sic sunt tres modi sumendi quale a qualitate.

Je notificat auctor concretum qualitatis dicens b quod illa dicuntur qualia que sunt qualitates denotatiue dicuntur: ut grammaticus dicitur denotatiue a grammatica. Quedam etiam dicuntur qualia ab aliqua qualitate: sed non denotatiue: quod scilicet non est ibi denominatio uocalis. Et hoc dupliciter. Vno modo quod nomen non est impositum illi qualitati: ut cursor dicitur ab arte currendi: uel a naturali potentia cui tamen non est nomen impositum. Et ideo hec sit ibi denotatio realis: non tamen uocalis. Alio modo quia hec sit nomen impositum illi qualitati: tamen concretum non participat illud nomen: ut studiosus dicitur a uirtute: ubi tamen non est participatio in uoce eius non conueniant in principio uocis: et sumitur studiosus pro uirtuoso.

Est autem contrarietas in qualitate: ut albedo contrariatur nigredini. iustitia iustitie hoc autem non est proprium qualitati quod non



cōuenit omni qualitati. figura enim non habet aliquod contrariū neq; aliquis medius color ut rubedo albedo. Et sciendū q; si vnū cōtrarioꝝ fuerit quale: reliquū erit quale: ut iustitia est q̄litas ergo iniustitia iustū est quale ergo iniustū. Itē qualitas suscipit magis et minus. Dicitur enim iustus magis et minus iustus et albus et grāmaticus. sed hoc non est propriū qualitati. q; quadratū nō suscipit magis neq; min⁹. neq; circulus neq; quadrāgulatio neq; circulatio. Itē propriū est qualitati s; eam simile ul' dissimile dici. ut alb⁹ albo similis dicitur et iustus iusto. albus autem nigro dissimilis dicitur.

Consequēter ponit auc. proprietates seu cōitates qualitatis: quarū prima est q; cōtrarietas inest qualitati: ut albedo cōtrariat nigredini: et iustitia iniustitie. Hoc patet per diffinitionē cōtrarioꝝ. Cōtraria enī sunt forme positive sub eodez genere maxie distantes. que vicissim insunt. inter se mutuo expellēde. Plures autē qualitates sunt huiusmodi. ergo cōtrarietas inest q̄litati. Sed cōtra hoc arguit q; albedo et nigredo nō sunt forme maxie distātes: ergo nō contrariant. cōsequētia est nota: pbaf antecessens: q; plus distant superficies et albedo que sunt diuersoꝝ generum q; albedo et nigredo que sunt eiusdem generis. Ad hoc rōdeo dupliciter. pmo q; maxima distantia hōioꝝ intelligit de distantia eorum que sunt eiusdem generis. In genere autē coloris maxie distāt albedo et nigredo: cū sint duo ultima inter que cōtinent dēs medij colores. Secundo rōdeo q; aliqua magis distare pōt intelligi dupliciter: uel q; minus cōueniunt in aliquo cō: uel q; magis repugnāt. Primo modo magis distāt superficies et albedo q; nō cōueniunt in aliquo genere. Albedo et nigredo sunt eiusdem generis. Secundo modo magis distāunt albedo et nigredo: q; est repugnātia eorū ad esse simul. Nō sic de superficie et albedine q; simul esse pōt. Hoc autē est distantia hōioꝝ quia mutuo se expellunt. Hoc autē non est propriū qualitati: q; nō cōuenit omni qualitati cuiusmodi sunt figure circulatio triāgulatio. nec etiā cōuenit coloribus medijs: s; enim mediū per cōparationē ad extremū habeat rōnem alterius extremi: ut rubrū cōparatū albo habet rōnem nigri: tamē nō est ibi hōietas stricte sumpta: sed tm̄ large cū inter illa nō sit maxima distantia.

Secūda pprietas qualitatis est q; si vnū cōtrarioꝝ sit quale reliquū erit q̄le: ut si iustum sit quale iniustū erit quale. pbaf q; hōia sunt que ponunt sub eodem genere. Si ergo vnum sit in genere qualitatis et reliquū.

Tertia pprietas est q; qualitas suscipit magis et minus: patet q; suscipere magis et minus est in sua essentia itēdi et remitti perfecti⁹ ul' imperfecti⁹ participādo naturā sue sp̄i. plures autē qualitates sunt huiusmodi: ut calor et frigus aliquādo itēdunt et aliquādo remittunt: s; enī gradus s; quos forme itēdunt nō sint de eētia sp̄i: q; sicut sp̄s abstrahit a differentia individuali sic ab huiusmodi gradib⁹ tamē faciūt vnū per se cū natura specifica ita q; idū nō substitūtū ex forma specifica et pprietate individuali cōtinet vnitiue istos gradus. Hoc autē nō cōuenit oī q̄litati. Circulatio enī et q̄drāgulatio nō su-

scipiunt magis et min⁹. Et notādū q; q̄litas s; se suscipiunt magis et min⁹: nō per cōparationē ad subiectū: seu ppter maiore radicationē in subiecto: ut quidam false opinant: ut patet 8<sup>o</sup> metaphysice. et xvij. di. p. sen. Seco. et ideo succincte ptransco.

Quarta pprietas est q; propriū est qualitati s; eam simile uel dissimile dici. Sicut enī q̄litas nata est fundare relationē equalitatis: sic q̄litas relationez similitudinis uel dissimilitudinis. Sed ptra hoc arguit q; in diuinis est similitudo: cūz p̄sone diuine sint siles in sapiētia: et tamē nō est ibi q̄litas cū deus nō sit in genere. Respondeo sicut dictū est q; q̄dam est qualitas de genere qualitatis et q̄dā trāscēdens. sic q̄dā est similitudo de genere relatiōis: et illa fundat in qualitate generica. alia est similitudo transcendens: et illa fundat in qualitate transcendentē. Illa autē dicuntur silia que hnt eandē qualitātē uel in numero sicut in diuinis: uel in specie sicut in creaturis. Unde in diuinis est maxima similitudo equalitatis et idētītatis: cū p̄sone diuine habeāt eādem sapiētiā potētiaz et essentiā in numero nō sic in creaturis.

#### De actione.

Actio est s; in quā in id qd subicitur agere dicimur. ut secās aliquis dicitur agere in eo qd secat. unde sectio est actio. et s; in sectionem agit secans in eo quod secat. Et percussio est actio. Propriū actiōis est ex se inferre passiōē. Recipiūt autē agere et pati cōtrarietates. Calefacere enī est cōtrariū ei qd est frigidū facere. et delectari est cōtrariū ei quod est tristari. Recipiūt agere et pati magis et minus. calefacere enī magis et minus dicitur. et calefieri dicitur magis ul' minus. Et similiter delectari et tristari.

Je auctor: determinat de p̄dicamēto actiōnis. Pro cuius declaratiōe s; mentē doctōris subtilis. xij. di. 4. sen. q. i. et xij. q. quolibetozū sunt aliqua notāda. Et pmo q; actio dicit respectū agentis ad passum trāsmutatū. Sciēdum q; respectus in genere est duplex. vn⁹ intrinsec⁹ adueniens. et alius extrinsec⁹. Uoco autē respectū intrinsecus adueniētem: qui sequit necessario ambo extrema posita in actu. uel qd idem est qn̄ necessario sequit suum fundamētum posito termino. Et talis respectus est tm̄ de genere relatiōis. Uoco autē respectū extrinsecus adueniētem qn̄ nō necessario sequit posita extrema siml in actu. Et sub isto mēbro cadunt ista sex ultima p̄dicamēta: de qbus Ari. parū locutus est. De his enī multa cōsiderat philosoph⁹ naturalis. et de his tractat auc. sex p̄ncipioꝝ. patet enī de actiōe et passiōe q; possibile est eē actiū et passiū et etiā apporimata: et tamē nō habere istū respectū. s. q; agens sit id a quo passiuus trāsmutet: nec passum id qd ab ipso trāsmutet: puta si sit aliqd ipediēs actiōē. Et pro tāto ista sex p̄ncipia nō sunt sp̄s relatiōis: q; relatio dicit respectū intrinsecus adueniētem: ista autē nō. Item sciēdū q; agens creatum habet quēdā respectū ad passum qui est extrinsecus adueniēs et de genere actiōis: ut dictum est. Et habet aliū respectū ad p̄ductū: ut pater ad filium: et iste est intrinsecus adueniēs et de genere relatiōis: et p̄tinet ad scōz modū relatiōis. Itē duplex ē actio s. imanēs ut visio: intellectio. et trāsiēs: ut calefactio s; in qd ponit philosoph⁹ 9<sup>o</sup> metaphysice. qd sic pōt declarari



Declarari. Operatio enim siue actio imanes duas habet conditiones: in quibus conuenit cum actione transeunte. Prima est quod semper est in fieri: non dico in fieri successiue: quod operatio est diuisibilis: sed sicut in fieri: quod est in continua dependentia ad causam eandem et secundum ideam: sicut dependentia rei create ad causam conseruantem scilicet deum. Secunda conditio est quod operatio quasi transit in obiectum sicut in terminum: sed non accipientem esse per ipsam: sed presupponit in suo esse. Et propter istas duas conditiones potest operatio dici actio. et per istas significat grammatice per verbum actiuum. actio autem transiens ultra istas duas conditiones addit tertiam. scilicet quod est productiua alicuius termini: ut accipientis esse per eam: ut calefactio est productiua caloris in ligno ultra passionem quam infert. scilicet calefieri. Ista autem distinctio actiois sic intellecta non est generis in specie sed uocis in significatione. Nam actio transiens est uere actio de genere actiois. Actio uero imanes est uere qualitas: ut intellectio uisio. Sed equoce dicitur actio propter conditiones predictas in quibus conuenit cum actione de genere actionis. Notandum insuper quod aliter calidum calore calefacit: et aliter calefacit calefactione. Calidum enim calore calefacit in ratione principij formalis remoti quod est ratio agendi. Calefacit autem calefactione in ratione forme primo denominatis: sicut simile formaliter dicitur simile similitudine: et fundamentaliter dicitur simile albedine. In definitione ergo actiois quando dicitur quod actio est secundum quam et sic. scilicet secundum dicitur habitudinem forme prime denominatis. Respectus enim quem importat actio non est ratio agendi: sed est dispositio media inter agens et effectum productum. Actio ergo est secundum quam ut forma primo denominatam: dicimur agere id quod subicitur. scilicet passum.

¶ Deinde ponit auctorem proprietates actiois dicitur quod proprium actiois est ex se inferre passionem. Hoc autem est proprie proprium actiois: sed enim qualitas que est ratio agendi inferat passionem. hoc tamen non est immediate: sed mediante actioe. Ulterius ponit auctorem aliquas conditiones actiois et passionis. prima est quod inter actioes est contrarietas: ut calefacere et frigefacere contrariantur. et hoc est ratione qualitatum contrariarum: que sunt rationes agendi ut calor et frigus. Similiter inter passionem est contrarietas ut calefieri et frigefieri contrariantur. Secunda proprietas conditio est: uidelicet quod recipiunt magis et minus. Calefacere enim quod est agere magis et minus dicitur. sicut et calefieri quod est pati. hoc etiam ipsis competit ratione qualitatum suscipientium magis et minus.

De passione.

Passio est effectus illatioque actiois: ut calefieri inferitur ex calefacere et efficitur. Proprium autem passionis est primo inferri ex actioe. Item passio non est in agente sed in patiente. De reliquis uero que prius dicta sunt modo sufficiant. Que sequuntur de alijs quatuor predicamentis non sunt data a petro hispano.

¶ Ostendit predicamentum actiois tractat auctorem de predicamento passionis describendo seu notificando quod est passio dicitur quod passio est effectus illatioque actiois. id est effectus qui inferitur ab actioe: sicut calefieri inferitur ex calefacere. Ubi notandum quod sicut actio formaliter dicitur respectum agentis ad passum: sic passio dicitur formaliter respectum patientis ad agens: seu transmutati ad transmutans. passio ergo est illa rela-

tio passum ad agens que inferitur ab actioe. Ponit auctorem alias duas proprietates passionis: quarum prima est quod proprium passionis est inferri ex actioe immediate. scilicet. Et hoc patet quod auctorem prius notificat quod est passio per eius proprietatem. Sepe enim per proprietatem circuloquimur differentias nobis ignotas. ¶ Secunda proprietas est quod passio non est in agente sed in patiente. Pro quo notandum quod actio potest sumi dupliciter. uno modo pro respectu agentis ad passum. alio modo potest sumi actio pro forma acta que dum est in fieri est motus. secundum enim commentatorem motus est forma fluens.

Hec autem forma in quantum est ab agente dicitur actio et in quantum recipitur in passum dicitur passio. Unde dicitur Aristoteles 2<sup>o</sup> physicorum: quod motus est actus actiuus et passiuus: sed passiuus ut in ipso: actiuus autem ut ab ipso. Actio igitur sumpta pro respectu agentis ad passum est in agente subiectiue et non in passum. probatur quod in eodem est respectus et fundamentum. Ratio enim fundamenti uideatur hoc ostendere: nec oppositum est intelligibile: sed potentia actiua que est fundamentum huius respectus et actiois est in agente. ergo talis actio est in agente subiectiue. Ista ergo actio que est respectus extrinsecus adueniens est in agente sicut in subiecto. In forma autem que dicitur potentia est ut in fundamento primo. similiter passio dicitur respectum oppositum correspondentem isti qui suo modo sicut est in passum et potentia passiva. Actio uero accepta pro forma acta seu producta per actioem de genere actiois est in passum ut in subiecto. Hoc patet per philosophum 9<sup>o</sup> metaphysice dicentem. Edificatio est in edificato. accipitur ibi edificatio pro forma acta per edificationem. probatur etiam quod talis forma acta dum est in fluxu est motus ut dictum est. Motus autem est in mobili subiectiue ex 3<sup>o</sup> physicorum. Ex predictis patet quod ista actio et passio sunt idem motus materialiter: cum tamen formaliter distinguantur: nec dicatur motus sed se: sed per relationem ad agens et passum sunt diuersa predicamenta. Motus uero cum formaliter sit forma in fluxu est in eodem genere cum forma que per motum inducitur. ¶ Si quare in quo habeat esse subiectiue creatio actio et creatio passio. Respondetur 3<sup>o</sup> Seco. xiiij. di. 4. seu. q. i. et. xij. q. quolibet: non quod non est proprie creatio actio: nec creatio passio cum actio et passio non sint nisi respectu alicuius passum. Creatio autem non presupponit aliquod passum. unde creatio passio dicitur relationem dependentie creature ad deum que est idem cum creatura. et sic est subiectiue in ipsa: cum non possit esse sine tali dependentia. Est autem idem respectus a parte rei ad deum creatorem et conseruantem: sed creati importat huiusmodi respectum cum respectu rationis ad non esse preceus. Conseruari uero cum respectu rationis ad esse preceus. Et sic creatura non creatur nisi in primo instanti: nec conseruatur proprie nisi post primum instans: quia uero creatio passio est relatio realis creature ad deum: ideo creatio actio est relatio rationis dei ad creaturam correspondens. Unde creatio actio formaliter dicitur respectum huiusmodi includendo et connotando uolitionem diuinam transeuntem super obiectum productum. Ille autem respectus habet solum esse obiectiue in intellectu comparante deum ad creaturam. Uolitio autem diuina connotata est ipse deus. Obiectum uero super quod transit est ipsa creatura producta. ¶ Dubitari ulterius potest de actuali inherencia accidentis absoluti ad subiectum in quo ponatur genere. Non enim ponitur in genere relationis cum sit respectus extrinsecus adueniens. Unde potest esse tale accidens absque inherencia actuali: ut patet in sacramento altaris. Ad hoc